

SIGONIO, Carlo

Caroli Sigonii De Republica
hebraeorum libri VII... -- Bononiae :
Apud Ioannem Rossium, 1582

[10], 443, [32] p., A-Z8, 2A-2G8, 2H3
; 8°

Port. con marca de imp.

1. Israel-Historia I. De Republica
hebraeorum libri VII... II. Título

R-6183 Ejemp. falta de port. -- Datos
tomados de CCPB, 747. -- Enc. perg.

R-6183

BEATISSIMO PATRI

BERGOLIO XIII. PONTIFICI
MAXIMO,

Carolus Sigonius.



*Um magna omnibus
ijs debetur laus ho-
minib. BEATISS.
PATER, qui curas,
& cogitationes suas
ad hominum salutē
& commoda contule-
runt, tum potissimum ingentem illi sibi a-
pud omnes honorem, & gratiam peperc-
runt, qui constituendis ciuitatibus, feren-
dis legibus, atq; obstringendis religione, at
que officio populis studuerunt. Itaque ani-
maduertere licet, praeclara, ac magna in o-
mni memoria saeculorum ingenia vehemē-
ter in hoc studio elaborasse, atq; huius prae-
cipuae laudis cupiditate flagrasse. Siquidē
qui sapientia, atque eruditione ceteris prae-
stiterūt, ferme aut nouas ciuitates institue-
runt, aut sese administrandis veteribus*

EPISTOLA

*tradiderunt, aut certè illarum optimè ge-
 rendarum sibi præcepta relinquenda puta-
 runt. Ex quo tantū honoris, ac dignitatis
 adepti sunt, ut in hunc usque diē præclaris
 mortaliū vocibus illorū memoria celebre-
 tur. Quod cū ita sit, nemo tamen omnium
 cōtrā dubitat, quin multò illorū industria
 humano generi utilior, atq; ad cōmenda-
 tionē posteritatis illustrior futura fuerit,
 si, quod ipsi humano ingenio, ac studio ad-
 umbrare conati fuerunt, id ipsum ab initio
 singulari, ac præcipua summi Dei cura, ac
 sapientia expressum fuisse intellexissent,
 atq; ita ad eius vniuersi iuris, quod ille statu-
 isset, rationē & ipsi sua sive in formanda,
 sive in administranda ciuitate cōsilia con-
 uertissent. Neque enim aut Solon, aut Ly-
 curgus, aut Charondas, aut Plato, aut ali-
 quis eorū alius, qui populos instituitis, & le-
 gibus instruxerunt, Remp. Hebræorū, quod
 ex eorū liqueat monumentis, cognitam hæ-
 buerunt. quæ tamen omnium non solum anti-
 quissima, sed et iā præstantissima fuit. quip-
 pè quā ardens præsentis ipsius Dei consiliū,
 verbumq; descripsit, et perspecta diligēter,
 ac traditæ mirifica ad vitam constituendā
 ornamenta, atq; ad sacras literas intelligē-*

DEDICATORIA.

*das allatur a presidia fuit. Hoc ego iam tū
intelligere cepi, cum quarto abhinc anno
iussu Sanctitatis Vestre ad Ecclesiasticam
historiam perlustrandā, atq; ubi res postu-
lare videretur, supplendam me contuli.*

*Quod ipsum cum acriter obsequēdi magis
studio, quam perficiendī spe adhuc curave-
rim, sumpsit initium edendū ab eo, quod præ-
clarum huius mihi operis fundamentum
est visum. quippe Hebræicam, quam ceteri
neglexerunt, Remp. mihi pro virili pluri-
bus describendam suscepi, quæ ut insignis
fuit forma Ecclesie Christianæ, atque ex-
presso ad vivum imago beatæ vitæ in cele-
stis civitate degendæ, sic principium esse de-
bet totius historie, quam intendimus, Ec-
clesiasticæ contexendæ. Quod meum consi-
lium cum ego ad Illustriss. Card. Paleotū,
Episcopum nostrum, atq; alios summos vi-
ros, ac summo iudicio, pietateq; præditos de-
tulissem, maximum cepi fructum laboris
mei, cum ipsum gravissimo eorum sensu te-
stimonio comprobari. Quare extrema eò
alacriore animo persecutus faciendū mihi
dixi, ut opus augustissimo S. V. nonnisi cō-
secrarem, ut quæ non solū huius, quam de-
scribo, reipub. principatum in terris tenet,*

EPISTOLA DEDICAT.

sed in summis etiam suis laudibus hęc maximam habet, quod veteri instaurada Ecclesie mirifice studet. Nam, ut omittam singularem in recuperada antiqua eius ditione industriam, hęc varia doctrinarum Collegia ad subleuandas inopum, eiectionumq; nationum ærummas instituit, ac vetigalibus magnis instruxit, hęc menses, diesq; temerè præcurrentes oportunè retraxit, ac labantè festorum dierum rationem solerti adhibitis correctione constituit, hęc ius pontificium superiorum hominum incuriis aliqua ex parte corruptum recognouit, emendauit, & illustrauit, ac sacra deniq; Biblia ad pristinam redigere integritatem decreuit. Quamobrè S. V. imis, ut debeo, precibus oro, ut meum quoq; non alienum ab hęc ratione laborem hilari, quemadmodum spero, fronte recipiat, qui vestra omnium grauissima auctoritate confectus ad studia eorum, qui diuinis aluntur literis, excianda ab homine iam pridè nomini, familiaq; vestra ditissimo diuulgatur. cuius consilia, actaq; omnia, utinam Deus ad Ecclesie sue incrementum fortunet, ac vitam ad eam rem longissimam largiatur. Bononiæ Anno Sal. M. D. LXXXII. X. Kal. Septembr.

INDEX CAPITVM

CAPITA LIBRI PRIMI,

qui inscribitur de forma Reip.

Cap. I.	De populo Hebraeorum.	4
II.	De populo Israë'itarum.	10
III.	De populo Iudeorum, Effraimitarum, & Samaritarum.	17
III.	De lege populo Israë'itarum, à Deo da- ta.	22
V.	De forma Reip. Israë'itarum.	33
VI.	De cive Israë'ita, & Profelyto.	39
VII.	De vrbe resp. sede Silo, et Hierusalē.	42

CAPITA LIBRI SECVNDI,

qui de locis sacris inscribitur.

Cap. I.	De Religione	52
II.	De locis sacris.	53
III.	De Tabernaculo, Sancto Sanctorum, ar- ca fœderis, altaribus & ornamentis e- orum.	54
III.	De Excelsis.	69
V.	De templo Hierosolymitano.	72
VI.	De templo Samariae.	86
VII.	De templo Egypti.	88
VIII.	De Synagogis.	89.

CAPITA LIBRI TERTII,

qui de diebus sacris inscribitur.

Cap. I.	De annis Hebraicis.	93
II.	De mensibus.	96
III.	De septimanis.	97

INDEX CAPITVM.

III.	De diebus profestis.	99
V.	De Neomenijs.	<i>ibidem</i>
VI.	De diebus singulis.	100
VII.	De diebus festis.	101
VIII.	De sabbatho.	102
IX.	De Pascha & Azymis.	104
X.	De Pentecoste, siue Hebdomadis.	111
XI.	De festo Tubarum.	114
XII.	De festo Expiationum.	112
XIII.	De festo Tabernaculorum.	116
XIII.	De septimo anno.	123
XV.	De quinquagesimo anno.	124
XVI.	De Encanijs.	126
XVII.	De ceteris diebus festis.	128
XIX.	Vetus Kalendarium Hebraeorum.	132.

CAPITA LIBRI QVARTI,

qui de ritibus sacris inscribitur.

Cap. I.	De generibus sacrorum rituum.	149
II.	De generibus sacrificiorum,	151
III.	De Holocaustis.	153
III.	De Libaminibus.	156
V.	De Pacificis.	158
VI.	De sacrificio pro peccatis.	163
VII.	De sacrificio pro delictis.	165
VIII.	ficrum de omnibus supradictis,	170
IX.	De confessionibus.	177
X.	De sacrificio consecrationis.	179
XI.	De sacrificio mundationis.	180
XII.	De sacrificio expiationis.	183
		De

INDEX CAPITVM.

XIII. De oblatione incensi.	186
XIU. De donis sacris.	189
XV. De primitiis, & decimis.	190
XVI. De pecunia sacra & gazophylacio.	196
XVII. De oblationib. votiuis, et voluntarijs.	202
XVIII. De ieiunio, & ceteris afflictionibus corporis.	209.

CAPITA LIBRI QVINTI,

qui de personis sacris inscribitur.

Cap. I. De generibus sacrarum personarū.	210
II. De Pontificibus.	211
III. De sacerdotibus.	246
IIII. De Leuitis.	260
V. De Cantoribus.	268
VI. De Janitoribus.	272
VII. De Natibineis.	275
VIII. De Nazareis.	276
IX. De Prophetis.	279
X. De scribis, id est, legis doctoribus.	293
XI. De septem hæresibus Iudeorum.	304.

CAPITA LIBRI SEXTI, QVI
de Consilijs, & iudicijs inscribitur.

Cap. I. De Ciuitate.	319
II. De Consilijs.	322
III. De Concione.	322
IIII. De Senatu.	332
V. De Iudicijs.	336
VI. De Iudicijs Ciuitatum.	337

INDEX CAPITVM.

VII	<i>De Concilio Hierosolymitano.</i>	346
VIII.	<i>De pœnis.</i>	369

CAPITA LIBRI SEPTIMI,

qui de magistratibus inscribitur.

Cap I.	<i>De generibus magistratum.</i>	377
II.	<i>De Iudicibus Irael.</i>	380
III.	<i>De Regibus.</i>	384
IIII.	<i>De Principibus Iudeorum.</i>	395
V.	<i>De Principibus Tribuum.</i>	403
VI.	<i>De Principibus Familiarum.</i>	406
VII.	<i>De Principibus Ciuitatum.</i>	412
VIII.	<i>De Scribis, seu Notarijs.</i>	421
IX.	<i>De re Bellica.</i>	424
X.	<i>De principe militia.</i>	427
XI.	<i>De Tribunis & Centurionibus.</i>	428
XII.	<i>De Quinquagenarijs, & Decanis.</i>	430
XIII.	<i>De magistratibus templi.</i>	432
XIIII.	<i>De bellis Iudaicis.</i>	435
XV.	<i>De extremo statu Iudeorum.</i>	438.

CARO.

CAROLI SIGONII

DE REPVB= LICA HEBRAEORVM LIBER PRIMVS.

Qui de forma Reip. inscribitur.

Repositum est mihi hoc loco, veterem Hebræorum Rēpub. à Deo antiquitus institutam, atque intimis penetralibus sacrarum literarum inclusam inuestigare, atque inuentam quoquo modo in lucem, posse orum memorię prodere. Res est enim, vt omnes fatentur cum per se ad cognoscendum præclaram, tum ad sacros libros intelligendos vtque adeo opportuna vt iure mirari quisque possit. veterum adhuc neminē in hoc genere lucubrationis elaborasse, quos cōstat magno, atq; excellenti ingenio doctrinaq; fuisse, atque incredibili quodam diuinarum rerum exponendarum studio exarsisse. Vtinam autem hoc & ipse aliquanto ante vidissem. neque enim aliundē prima probandæ operæ atque industriæ meæ rudimenta sumptissem. Quod quidem & temporum ordinem incuntem, & propriæ salutis rationem habenti fuit magnoperè

opere faciendum. Verum voluntati Dei obtemperare oportuit, qui occulto, credo, consilio grauiores fortasse annos meos transactioni omnium sanctissimæ referuauit, quodque adolescens studio ad scribendum incitato non cogitavi, quem ille sibi populum delegisset, quamque eius rempub. lege data instituisset, iam grandem natu, viribus indies magis ad lucubrandum elanguescentibus, ostendere voluit. Est enim mihi, vt dixi, consilium, his libris Hebraicorum sacerdotum, sacerdotumque, descriptionem, Consiliorum, Iudiciorum & Magistratum rationem, totamque pacis, bellique disciplinam ex sacris litterarum monumentis erutam aperire. Feci hoc idem olim iuuenis in Atheniensibus, & Romanis, vt eorum leges, instituta, ciuitatem, & remp. varijs eorum voluminibus abdita palam facerem. verum, vt nunc sentio, conatu aliquanto ad scriptoris commendationem insigniore, quod illorum commentarij, vt maiorem verborum ad scribendum facultatem suppeditarunt, sic firmiora ad conijciendam ex tanto temporum interuallo antiquitatem adiumenta subministrarunt. Adde, quod res hæ minora quoque orationis ornamenta ferunt. neque enim elegantia verborum, vt illæ, sed sanctitate mysteriorum hominibus commendatæ

mendatæ sunt. Quin etiam in ipsis veteris Latini interpretis, vt oportet, vestigijs insistenti ea sepè adhibenda dicendi genera sũt, quæ elegantes, & eruditæ fortasse multorum aures aspernari meritò possint. Verum in re magna, ac maximè necessaria quemcumque conatum opinor esse laudandum, & si facultas fortasse desit perficiendi, non improbandam tamen esse voluntatem experiendi. Quam ob rem accedamus ad rem, DEO ipso in nostrum auxilium inuocato, qui per prophetam dixit: *Beati, qui seruantur testimonia mea, & in toto corde exquirunt me.* neq; enim aliud est testimonium DEI, quàm Christus ipse, filius eius, qui totius Hebraicæ historię finis est ad quem omnia legis madata, omnia prophetarum vaticinia, omnia Hebræorum acta per arcana quædam mysteria referuntur. Hic est enim Moyses, qui verum hominib. Deum, veramq; illius legem ostendit, hic est Iosue, qui deuctis aduersarijs cælestem eis Chananzam distribuit, hic est David, qui cælestè Hierusalè à Deo sibi ab initio destinatā ædificauit. hic est Salomon, qui cæleste templū, templū inquam non manufactū, eisdem credentib. preparauit. hic est demū rex ille, qui Iudæos & proselytos eius æquè in cælo compotes reip. fecit, cuius adūbrata imago à deo Moy
 si in

In terris tradita fuit. Vt enim in hac terrestri repub. David Rex cum xij. principibus tribuum Israelitarum populum iudicauit, sic in illa caelesti Iesus rex cum xij. Apostolis populum fidelium iudicabit. Quoniam autem sic sermonem hunc disposuimus, vt duas eius partes, Religionem, Ciuitatemq; fecerimus placet, antequam ad eas explanandas veniamus, rei illustrandæ causa, vetustam Hebræorum originem demonstrare, ac legis traditæ, reipublicæ institutæ, & vrbis illi imperio destinatæ in vniuersum historiam enarrare, lectore harum antiquitatum admonito, vtilem admodum, frugiferamque operam suscepturum, si prius, quâ se ad hæc cognoscenda contulerit, aliquam ex Sacris Historijs actionum Hebræarum haustam animo notionem habuerit, cui officio nos quoque pro virili nostra seruiuimus in eo commentario, in quo sacram B. Sulpicij Seueri historiam explicuimus.

De populo Hebræorum. CAP. I.

QUoniam verò hic populus primû Hebræorum, deinde Israelitarum, tum Iudeorum nomê tulit, ac varias sibi subinde sedes, & formas asciuit, sanè res poscit, vt ante omnia, quis, ac qualis extiterit & vnde has ille mutationes acceperit, videamus.

Primùm igitur omnium satis constat, quatuor à principio hominum quasi stirpes aut propagine extitisse, quas scriptura sacra γενεαις, id est, generationes appellat: vnam verò à primo homine Adam vsque ad Noe, alteram à Noe ad Abraham, tertiam ab Abraham ad Dauidem regem, quartam à Dauide ad eum, de quo diximus, Christũ, pertinuisse, ac secunda quidem ætate Hebræos, tertia Israelitas, quarta verò Iudæos emerfisse. Hebræi verò gens fuit omnium, de quibus litteris sit proditum, antiquissima, cum Assyriam, quæ regio in primis scriptis gentilium celebratur, secunda ætate tenuerit. Cum autem in prioribus stirpibus alij natura duce Deum vnum, ac verum, alij verò simulachra falsorum Deorum coluerint, Hebræi progenies eorum fuere, qui vtrò Deum cognouerunt, ac cognitum adorarunt. Itaque succedente tempore eosdem sic Deus dilexit, vt non solum eis se præcipuè patefecerit, sed ad extremum ex eis quoq; filium suum Iesum Christum nasci ad salutem generis humani voluerit. Quæ omnia pluribus sacrorum librorum voluminibus explicata nos hic breuiter complectemur.

A D A M igitur, qui vt primus homo à Deo creatus primus Deum creatorem suũ
 perse-

perspexit, sic primus mandato Dei violato, secum tota hominum posteritate pessundedit, tres præcipuè filios habuit, Caim, Abel, & Seth. ex quibus Caim fratri Abeli vitam ademit, ac prorsus à Deo defecit, & progeniem ex se impiam propagauit, quæ Deos plures, & falsos asciuit, & propterea scriptura illius rationem non habuit, vt quæ ad vanam Christi Saluatoris progeniem ex piorum genere prodituram incumberet. Sethi verò in paterna Dei cognitione ferme cum sua progenie perstitit, & ob id scriptura eam vsq; ad extremum recensuit, tanquam eam, cui se Deus indicaturus, & vnde salutem perditis hominibus esset missurus. Fuit verò eius posteritas talis. Seth, Enos, Cains, Malaleel, Jared, Enoch, Mathusala, Lamech, & Noe. Huius verò etate cum pij homines, nempe ex progenie Seth, cū filiabus impiorum, nimirum eorum, qui à Caim originem ducebant, connubia contraxissent, ac malitiam in terras inuectam cumulauissent, Deus nefario factò illorum accésus genus humanum vlcisci cōstituit, ac diluuiò aquarum super vniuersas terras immisso, omnes vtriusq; sexus homines perdidit, vno Noe, viro iusto cū familia eius excepto, qui in arca iussu Dei à se cōstructa seruatus est.

Reliquit

Reliquit autem Noe tres filios, Sem, Cham, & Iaphet. Vt autem progenies Sem in patrio Dei cultu, quanquam nõ vniuersa, perseueravit, sic soboles Cham, & Iaphet prorsus ab eo defecit. Quare scriptura posteritatis Sem tantummodo meminit, quæ secunda ætate floruit: nempè Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Reu, Sarug, qui desciscens à Deo primus dicitur Deorum simulachra fecisse, Nachor, & Thare, qui pariter in patris, auique suscepta impietate mansere. Hæc verò progenies prima Hebræorum nomen gessit, siquidem post diluuium, cum arca in montibus Armeniæ constitisset, Noe, ac filij eius Sem, Cham & Iaphet in Oriente habitauerunt. ea verò regio fuit ratione illorum cis Tigriam amnem, magna ex parte post Assyria nominata. Sem autem genuit Arphaxad, qui Tigriam transiuit, & in Caldæa consedit, vt S. Hieronymus etiam confirmauit. Itaque sunt, qui putent, eos, qui cum Arphaxad traiecere, nempè filios & nepotes eius, primum Hebræos dictos esse, quod ultra flumen venissent. nam apud Hebræos Heber significare ultra, vnde illud est Genesis x. *Sem pater fuit omnium filiorum Heber*, id est, omnium, qui ultra flumen venerunt. Inde posterique quoque Cham, & Iaphet alias adire terras statuerunt,

cumque in Chaldæam tempore Heber, qui fuit filius Sale, nepos Arphaxad, concessissent, & campos Senaar tenuissent, antequam inde cederent, auctore Nebrod, Chæ nepote, gloriæ causa statuerunt, urbem cû turri condere, quæ altitudine sua cælum attingeret. Erat adhuc, vt inquit scriptura, terra vnius labij, id est, vna tantum lingua omnes vtebantur, quam ab Adami ore hauserant. Deus autem scedam eorum audaciam auersatus, linguarum diuersitatem immisit, vt alter alterius intelligere mandata non posset, itaque cum ex gloria, quam affectabant, confusionem nasci fuissent, quæ Babel dicitur, & turrs, & vrbs, & regio inde Babel, Baby lonis, & Babylonix nomen inuenit. Heber autem, quod expers consilij ædificandæ turris fuerat, veterem sermonem retinuit, quo Hebræi ex posteritate Sem vsi fuerant. Quare S. Aug. in libris de Ciuitate Dei, Hebræos prorsus ab ipso Heber dictos fuisse asseruit. Abraham certe, qui sextus ab Heber fuit capite xiiii. Hebræus vocatur. Inde diuisis inter se terris Heber in Caldæa. & Oriente remansit. Iaphetis verò posteritas Occidentem occupauit, Cham autem, quæ intermedia sita sunt. Atque hæc quidem Hebræorum nõ minus vera, quàm vetus origo, & prima gentis incunabula ce-

lebran-

lebrantur primis decem capitibus Genesis explicata. Cum porrò Thare filius Nachor, abnepos Phaleg adhuc in Chaldæa vitâ traduceret. & in Vr vrbe agens eos Deos coleret. quorum simulachra Sarug auus suus instituisset, venit inde cum filio Abraham, & Loth nepote in Mesopotamiam, regionem inter Tigrim, & Eufratem fluuios sitam, & sedes in vrbe Charris posuit.

Ab hoc porrò tempore Hebræorum cū prisca, tum sancta historia incipit, quæ Abraham præcipuum, & gentium, & rerum gerendarum auctorem est consecuta. Thare enim vita functo Abraham à Deo monitus. & promissis ingentibus excitus cum Loth, fratris filio, inde Eufratem, Iordanemque traiecit, & in terram Chanaam venit, quæ postea Iudææ nomen accepit, & Ioppidum Sichem tenuit in ea parte, quæ postea Samaria nominata est. Promissa verò Dei Abrahæ facta, ac sæpius repetita hæc fuerunt. *Vade in terram quam tibi monstrauero (monstrauit autem Chananzam) ibi faciam, te in gentem magnam, & benedicam, te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicientibus te, & maledicam, maledicentibus te, atque in te benedicentur omnes cognationes terra.* Tria verò promissa fuerunt, terra Chananzæ, quam

posterū eius cum imperio, & gloria possiderent, gens Israelitarum secundum carnem, & omnes gentes secundum fidem, quod ad Iesum Christum ab illo multis post sæculis oriturum omnes constantissimè referunt, qui dicitur filius Abraham. Post autem querenti Abraham, quòd filiorum compos factus non fuisset, & seruum suum, hæredem habiturus esset (nam vxor eius Sara sterilis erat) dixit Deus: *Suspice cælum, & numera stellas si potes. sic erit semen tuum;* & alio loco iterans idem promissum ait, se multiplicaturum semen eius, sicut arenas maris. Suscepit inde ex Agar ancilla filium Ismael, ex Sara verò coniuge Isaac, ex quibus duo populi prodierunt Ismaelitæ, qui a Deo defecerunt, & Hebræi, qui in auita religione manserunt. Isaac inde duos filios genuit Esau, qui & Edom, & Iacob, qui à Deo Israel appellatus est. Ab Edom Idumæi populi, à Deo auersi manarunt, ab Israele Israelitæ, qui veterem Dei notitiam conseruarunt, de quibus nobis præcipuè disserendum est.

De populo Israelitarum, & XII. tribubus eorum.

CAP. II.

CEterum ipsum Israelem Deus in primis dilexit, ei que promissa auo Abraham facta redintegrait. Ille verò genuit filios duo-

duodecim, nempè ex Lia vxore sex, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, & Zabulon, inde ex ancilla Bala duos, Dan & Nephthaim, tum ex altera ancilla Zelpha totidem Gad & Aser. postremò ex secunda coniuge Rachele Ioseph, & Benjamin Fratres inde decem Iosephum, qui d patri carus in primis esset, & sapientiæ laude præstaret, inuidia deprauati ipso insciente patre mercatoribus Aegyptijs vendiderunt, illi verò eum Putiphari curatori regio tradiderunt. Ioseph autem propter egregiam somniorum interpretationem Regi cognitus primum, deinde summis honoribus cultus ab eodem annonæ curandæ cum summa auctoritate præfectus est, quo tempore per septem annos terra ipsa præmonente, extrema inopia rei frumentariæ laborauit. Qua compulsus Iacob, filios decem in Aegyptum ad frumentum coemendum milit. quod ibi Iosephi prudentia in multos annos congestum ad leuandas Aegyptiorum angustias diceretur. Eos verò Ioseph agnitos, neque ab eis agnitus varie primum illudit, deinde, vbi se patefecit, metu trepidantes fraternam in gratiam, amoremque recepit, atque, vt ad se patrem cum familia vniuersa deducerent, imperauit, nam penuriam per multos adhuc annos terras esse conflictaturam. Hac igitur

occafione Iacob terram Chanaanam, in qua vixerat peregrinus, reliquit, & cum feptuaginta capitibus ex familia in Aegyptum fe contulit, vbi magno honore à Iosepho filio exceptus aliquot annos egit, ac demum moriēs, duos Iosephi filios, Manassem, & Effraim adoptauit, ac duodecim filijs suis adiunxit, & folemni benedictione affecit. Illo inde ex humanis rebus exempto Ioseph principatum familiæ gessit, ac post aliquot annos, & ipse naturæ concessit, relictis in Aegypto vndecim fratribus, & duobus filijs, qui subinde, vt Deus promiserat, ingētem, ac numerosam nepotum sobolem procrearunt, quæ à Iacob, qui Israel dicebatur, Israelitarum nomen accepit. Hic autem populus, vbi succreuit, diuisus est in partes tredecim, quas tribus vocarunt, prout xiiij. principes generis fuerunt, Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, Dan, Nephtalim, Gad, Aser, Benjamin, Manasses, & Effraim, qui iisdem tribubus nomen imposuerunt. Cum autem Iosepho morte extincto, Israelitæ in Aegypto à Rege nouo indigna seruitute, atque intolerabili premerentur, Deus illorum misericordia motus, vt promissa superiora præstaret, Moyfi, Leui pronepoti, oues in solitudine Arabiæ pascenti ex ardenti rubo se obtulit, præcipiens, vt

eos ex Aegypto educeret, & in terram Chananaeam, quam illis antiquitus sedem propriam, ac perpetuam destinasset, adduceret, nam se illi affuturum, atque assiduè auxilium allaturum. Ita Moyses diuinis præceptis obediens, fratre Aaron adiuvante, regem Aegypti omni ope exitum inhibentem, varijs plagis affectum elusit, ac sexcenta hominum millia ex Aegypto eduxit. Inde rubro mari ope Dei, traiecto, cum persequentium Aegyptiorum manus euasisset, per solitudinem Arabiae longo instituto itinere transijt, atque ibi, ita volente Deo, populum, licet reluctantem, atque inuitum annos quadraginta retinuit. Ibi primo anno Deus Moyse iterum se ostendit, atque homini ad se in montem Horeb solitudinis Sinai aduocato, legem incisam duabus lapideis tabulis dedit, eamque in posterum ab Israelitis seruandam esse præscripsit, ea verò vniuersam reipublicæ rationem, qua vti eos vellet, continuit. Moyses autem omnia populo à Deo mandata denuntiauit, isque se dicto audientem fore, spondit. Inde anno XL. in campis Moab prope Iordanem amnem eam latius repetiuit, atque in volumen redegit, quod Deuteronomium dixit, ac paulò post moriens, ducatum Israelitarum Iosue Naue filio ex tribu Effraim tradidit.

Is demum, Iordane trajecto, terram Chanaanam obtinuit, ac reges eius xxxi. deuicit, atque armis regionem ferme totam ab Amorrhæis, Chananæis, Gergesæis, Hettæis, Heuæis, Iebulæis, & Pherezæis habitatam subegit. Quo facto Dei iussu illam duodecim tribubus partim arbitrio, partim sorte diuisit. Regio trans Iordanem, quam Moyses armis pepererat, atque Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ parti Manassensium distribuerat, eisdem est confirmata. Inde Iudæ, Efraim, & alteri parti Manassis regionis pars inter Iordanem, & mare est assignata. Reliquam inde æquis portionibus diuisam septem, quæ reliquæ erant, tribus in sortem coniecerunt. Simeon, Benjamin, Dan, Issachar, Zabulon, Nephtalim, & Aser, ita ut Iuda vicina Arabiæ loca, Nephtalim, & Aser à contraria parte Syriæ finitima obtinuerint, ac longitudo prouinciæ à Dan urbe ad Bersabee peruaserit, quarum illa Syriam, hæc Arabiam attigit. Tribus autem Leui, quæ tertiadecima erat iussu Dei ab hac fortitione sumpta est, neque enim eis pars ulla terræ est data, sed sacerdotia, primitiæ, decimæ, oblationes, & victimæ attributæ, prætereà sex refugij ciuitates, quarum vna erat in tribu Nephtalim, altera in Efraim, tertia in Iuda, reliquæ trans Iordanem in Ruben

ben, Gad, & Manasse, in quas cōfugere posse Deus reos cædis non voluntariæ sanxit, atque his alias inde in omnibus nouem dispersas tribubus adiecerunt, ita vt XLIII. ciuitates incolerent, vnà cum suburbanis earum locis, quibus iumenta sustinere propria possent. Hæc in libro Iosue. Quare Leuitæ tribum propriam non confecerunt, sed ei tribui ascripti sunt; in cuius finibus habitauerunt. Vnde Numerorum primo scriptum est: *Tribum Leui noli numerare, nec pones summam eorum cum filijs Israël & xvij. Iudicum: Fuit puer ex Bethleem Iuda, ex cognatione populi Iuda, & Leuites, & habitauit ibi, egressusq; de ciuitate Bethleem peregrinari voluit. ubicunq; sibi commodum reperisset, cum venisset in montem Effraim, & declinasset parumper, in domum Miche, interrogatus est ab eo, unde venisset. qui respondit, Leuita sum de Bethleem Iuda, & vado, vt habitem, vbi potero.* Fuit porrò lege cautum, ne puella hæres nuberet nisi viro ex eadem tribu. & cognatione, vt Numerorum vltimo in Hebraica veritate: *Omnia filia, que possederit hereditatem ex tribubus filiorum Israël, erit in uxorem vni ex cognatione tribus patris sui, vt possideant filij Israël vnusquisque hereditatem patrum suorum.* Quamobrem sacris placet Euangelij expositoribus, quoniam Mariæ virgo hæres esset,

Ioseph viro ex eadem tribu, & cognatione nupsisse. ac propterea S. Matthæi & S. Lucam, cum Mariæ progenitores afferre deberent, Ioseph maiores, tamquam eosdem, exposuisse. Ab hac tamen lege Leuitæ excepti sunt, his enim cum cæteris omnibus ius connubij iam inde ab initio fuit. Vnde scriptum est xix. Iudicum: *Vir Leuitæ habitans in monte Efraim, accepit uxorem de Bethleem Iuda.* Et Ioiada pontifex ex tribu Leui in matrimonio habuit Iesabeth sororē Ochoziæ regis Iudæ, xxij. secundi Paralip. Quo factum, vt S. Elizabeth, quæ erat de filiabus Aaron, teste S. Luca, id est, ex genere Leuitico, cognata esse potuerit Mariæ virginis, quæ erat ex tribu Iuda. neque necesse sit dicere, Mariam ex tribu Leui fuisse, vt nōnulli censuere. sic enim futurum erat, vt Christus non ex Iuda, & sanguine Dauidis, sed ex Leui carnis originem traheret, contra omnia sacrorum voluminum testimonia.

Hæ verò tribus omnes, postquam sedes firmas in Chananæa locarunt, republica, quæ Deus præscripserat instituta, primum Iudicibus paruerunt, deinde regibus Sauli Beniamitæ, & Dauidi Iudæo, qui sedem Hierosolymis vrbe Iudæ posuit ac Salomoni Dauidis filio, qui templum Hierosolymis condidit, quo tempore regnum Israelitarum

gloria inter mortales excelluit, prout Deus aliquando sponderat euenturum. Atque hæc tribus sunt, quarum nos sumus remp. descripturi.

De populo Iudæorum, Effraimitarum, & Samaritarum.

CAP. III.

SALOMONE inde ex humanis rebus exemplo tribus duæ Iuda, & Benjamin Roboam Salomonis filium regem sequutæ, regnum Iudæorum constituerunt, aliæ decem, cum ad Hieroboam filium Nabath ex tribu Effraim se contulissent, alterum regnum Effraimitarum, siue Israel condiderunt, unde Hieremias vij. *Proieci omnes fratres vestros, uniuersum semen Effraim*, id est, decem tribus Israel. Et Osee sæpè nominat Effraim, & Iudam pro Iudæis, & Effraimitis.

Quoniam verò magna inter Iudam, & Benjamin coniunctio intercessit, propterea ambæ pro vna tantum tribu à scriptura acceptæ, atque vno Iudæorum nomine nuncupatæ sunt, vt postea demonstrabitur, atque ita resp. ad Iudæos solos redacta est.

Hoc diuortio factò magis inde inter Iudæos, & Effraimitas contentiones, ac dira odia exarserunt. Etenim Hieroboam decem tribus à cultu Dei ad simulachra veneranda

randa auertit, ne populus suus ad templum Hierosolymorum quotannis ex lege conueniēs aliqua ratione à se d. f. ctionē iniret. Quo scelere perpetrato Leuitæ vrbes, quas in decem tribubus incolebant reliquerunt, seque in tribum Iudam, & Benjamin contulerunt, atque ita sacra sibi à Deo commendata, viciniore templo Hierosolymitano facti, diligentius coluerunt, quemadmodum xj. secundi Paralip. scriptum est. Contendere autem armis cum his sæpè Iudæi, ac Galilæam regionem eorum, ex qua incolas Teglatphulassar Assyriæ Rex, Phacee regnante, deiecerat, atq; in Assyriam transportat, ipsi regnante Achazo sibi vindicare. xv. & xvj. quarti Regum. Neque ita multò post Effraimitæ cæteri, qui et tanta impietate obstrinxerant, Deo volente, bello subacti in Assyriam regnante Osee a Salmanassare Rege translati sunt.

Eorum verò vacuam regionem subinde homines de Babylone, Cutha, Aua, & math, & Sepharuaim, eò traducti, expleuerunt, qui cum urbem in tribu Ephraim, nomine Samariam, vnde etiam Regio ipsa Samaria dicebatur. obtinerent, Samaritæ vocati sūt. Hi verò cum patriam Deorum superstitionem tuentes, passim a leonibus vorarentur, edocti, id fieri, quod verum Deum Iudæo-

rum

rum non colerent, nec legem eius tenerent, accito ex Assyria permissu regis sacerdote legem quidem Dei susceperunt, sed simul cum vero Deo proprijs etiam Deis cultum adhibuerunt. Quare de eis ita scriptum est xvij. Regum: *Et cum Dominum colerent dijs quoque suis seruebant iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam, usque in presentem diem morem sequuntur antiquum, non timent Dominum, neque custodiunt ceremonias eius, atq; iudicia, & legem, & mandatum, quod praeceperat Dominus filijs Jacob, quem cognominavit Israel, & percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis dicens: Nolite timere Deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis, sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Aegypti. Illi vero non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes istae timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes nam & filiorum, et nepotes, sicut fecerunt patres, iuxta faciunt usq; in presentem diem.*

Interiecto inde aliquot annorum intervallo Iudaei quoque a Nabucdonosore Babyloniorum rege subacti, vrbe Hierosolymorum, temploque incenso in Babyloniam traducti Remp. amiserunt, verum post annos lxx. Israelitis, tunc Effraimitis in Assyria

ria remanentibus in patriam redierunt, iuxta illud Osee primo: *Non addam ultra miseri domui Israël, sed oblivione obliuiscar eorum, & domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo.* ac mox Cyro rege Persarum copiam faciente, templum & urbem instaurare cœperunt. Verum, quod Iudeorum in Samaritas odium stimulauit, ne tum opus perficere possent, à Samaritis inhibiti sunt. Inde Dario rege Persarum rerum potiente nō solum inuitis illis consummauerunt, sed eos etiam Galilæam sibi in exilio ademptam reddere coegerunt, & temp. recuperare cœperunt, vt Iosephus litteris prodidit. Inde multis interpositis annis, res ad Darium vltimum peruenit, quem Alexander Magnus deuicit, quo regnante Manasses frater Iaddi pontificis, cū ex lege alienigenā uxorem repudiare compelleretur, nempè Sana balat Samaritæ, præfecti Darij regis filiā ad socerum ipsum confugit, qui se illum pōtificem effecturum promisit. Alexander autem victor mirificis Iudæos honoribus extulit, ac religionem eorum magnificè Sana balat autem defectione ad Alexandrum inita, permisso eius templum Hierosolymitano simile in monte Samaritæ celsissimo, nomine Garyzin, extruxit, atq; ei Manassem ipsum generum pōtificem declaratum præfecit.

fecit. Hinc Samaritæ sublatis animis æquales iam se Iudæis factos, existimantes progeniem se esse Ioseph patris Efraim, id est, veros Efraimitas, prædicarunt, & se pariter eum eis Dei cultores dixerunt. atque eos, qui criminum aliquorum apud Iudæos conuicti ad se confugerent, excipere benignè consueverunt. Inde res Iudæorum aliquot post annos ab Antiocho Epiphanè Syriæ rege afflictæ, lex. & sacra eorum euersa sunt. Quare animaduersa Samaritæ perterriti se non Deam, sed Deos colere asseruerunt, nec se Israelitas, sed Sidonios esse dixerunt, ac templum ipsum Ioui Cretenti se dedicaturos esse professi sunt. atque ita præsentem armati regis iracundiam eluserunt. Ea verò tempestate perfuncti, inde ambo & Iudæi, & Samaritani rursus opibus flores exceperunt, ita vt armis aliquando inter se decertarēt. Demum Samaritani à Ioanne Hyrcano rege Iudæorum subacti, & templo exuti Iudæis subiecti sunt. Fuit autem illud semper Iudæis incommodi, quòd in Galilæam provinciam suam euntes, atque inde redeuntes, semper per Samariam terram à sacris suis auersam transire cogebantur. Ad extremum autem vterque populus varijs seditionibus agitatus, Romanorum in potestatem concessit. Hæc ex libris Esdræ, & Iosephi.

De lege Israëlitis à Deo data.

CAP. IIII.

EXpositis ijs, quæ ad populi, de quo acturi sumus, notitiam pertinebant, redeo ad legem huic populo à Deo latam, quæ rempublicam à nobis describendam continuit. Hæc igitur lex per Moysem à Deo data duo præcipuè capita est complexa, vitam religiosam, & disciplinam ciuilem. Quarum ratio duobus potissimum iussis est comprehensa, cultu Dei, & charitate proximi, vnde illud: *Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum, sicut teipsum.* Ea verò dilatata ad decem numerum peruenerunt, quorum tria Deum attigerunt; vt vnus Deus coleretur, ne in vanum nomen eius appellaretur, & vt honos sabbatis haberetur, quod eo die ipse ab opere quieuisset. sæpè autem hæc repetita sunt: *Nolite timere Deos alienos, & non adoretis eos, & non immoletis eis, sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Egypti.* Septem verò proximum spectarunt, vt parètes honorarentur, ne cædes, furtum, atque adulterium fieret, ne fallum testimonium diceretur, neque vxor, neque res alterius cuperetur, atque ea duabus lapideis tabulis sunt incisa. Hæc verò decem latius inde, atque vberius explicata ad quattuor tantum iussa redacta sunt, quo-

quorum duo mandata, & Præcepta duo Iustificationes, & Iudicia nominata sunt, atque vt priora Deum, sic posteriora proximum attigerunt, multisque partibus singula constiterunt. De quibus postea, & quid singula fuerint, & vnde originem traxerint, dicam, si prius loca aliquot legis, in qua hæ voces, tanquam præcipuæ eius partes, repetitæ sunt, proferam, nam in hoc maximè & legis, & reip huius ratio continetur. Exo. xv. *Constituit ei Deus præcepta, ac iudicia dicens: Si audieris vocem Dei tui, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta eius. xxj. Facite præcepta mea, & iudicia custodite. xxvj. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis. Et in extremo: Hec sunt iudicia, atque præcepta, & leges. quas dedit Dominus inter se, & filios Israël in monte Sinai per manum Moysi. Inde in fine Numerorum: Hec sunt mandata, atque iudicia. que mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israël in campestribus Moab. Quare Moyses quarto Deuteronomij repetiuit: Mandauit mihi Dominus, vt docerem vos iustificationes, & iudicia. Item: Scitis, quòd ego docuerim vos præcepta atque iustitiam, sicut mandauit mihi Dominus Deus. Postremò concludens: Hec est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israël, & hæc testimonia, & iustificationes, atque*

iudicia, quæ loquutus est ad filios Israël. Et vj. Hæc sunt præcepta, iustificationes, atq; iudicia, quæ mandauit Deus noster, ut docerem vos. Atque hæc quidem in Lege ita vsurpata sunt. Inde verò qui post consequuti sunt eodem etiam modo legem sequentes loquuti sunt. vt Iosue xxiiij. Proposuit populo præcepta, & iudicia. & secundo tertij Regum dixit Dauid ad Salomonem: Fac, vt custodias Dei mandata. & iustificationes, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi. Et xvij. quarti: Custodite præcepta, & iustificationes, & omnem legem quam mandauit nobis Deus. Et xix. secundi Paralip. Iosaphat constituit iudices sacerdotes, qui iudicarent, lites de mandato, ceremonijs, iustificationibus, & iudicijs. Et xxiiij. Percussit Iosias Rex fœdus coram Domino, vt ambularet post eum, & custodires præcepta, et testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo. Iam verò Dauid in Psalmo CXVIII. repetit sæpè, se obseruasse, aut præterijisse, aut doceri cupere, quæ in lege continentur, nempè mandata, præcepta, iustificationes, iudicia, & testimonia Dei, vt cum ait: Tu mandasti mandata omnia custodiri nimis. Utinam, dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. In viâ testimoniorum tuorum delectatus sum. In iustificationibus tuis meditabor. Testimonia tua meditatio mea est.

& consilium meum iustificationes tue. Viam iustificationum tuarum instrue me. & Psalmo xvij. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me. & ciiij. Ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. & cxlvij. Qui annunciat verbum tuum Iacob, iustitias & iustitia sua Israël. & Nehemix decimo: Iurarunt, ut ambularent in lege Dei, ut facerent, & custodirent, uniuersa mandata Domini Dei nostri, & iudicia eius, & iustificationes eius. Et Ezechielis XLIII. Iustificationes meas iustificabunt, & iudicia mea iudicabunt, & leges meas, & praecepta mea in omnibus diebus festis meis custodient.

Hæc ex pluribus Testamenti veteris locis pauca protulisse sufficiat. Nunc venio ad singularum harum vocum explicationem. Mandata, quæ Græcus interpres ἐντολάς vertit, verba fuisse videntur, quibus Deus iussit, aut prohibuit aliquid fieri, quod præcipuè se ipsum attingeret. Præcepta, quæ ille προτάγματα vertit, quibus rationem qua id fieret, ordinauit. nam in illa voce προτάγμα ordinatio quædam insita est, unde pro ea aliquando Latinus interpres ceremonias edidit. neq; enim solum iussit deus, vt se supra omnia colerent, sed etiam sui colendi ritum demonstrauit, nempe cū de

tabernaculo, sacrificijs, diebus festis, sacerdotibus, & eorum officijs tradidit, atque hæc quidem duo ad Deum relata sunt, Iustificationes verò, & iudicia ad proximum. Iustificationes enim, quas Græci δικαιώματα vertunt, iussa fuerunt, quibus Deus docuit, quo modo de proximo ad absolutionem iudicare, & quos innocentes, ac iustos habere & pronunciare deberemus. iuxta illud Psalmi vij. *Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.* Neque verò hæc cælestis illa iustificatio est, de qua post in Euangelio disseretur, qua. vt Theologi loquuntur *per inhaerentem nobis Dei gratiam verè, formaliter q. iusti sumus,* sed iudicialis. atque terrena. Id ita esse probatur ex ipso verbo δικαιώ, quod iudem in veteri testamento vsurpauere pro iustif. id est, iustum, innocentemque pronuncio. Vt Exodi xxij. in ipsamet lege. vbi de iustificationibus agitur *Non iustificabis impium,* id est, non absolues. Græcè οὐ δικαιώσεις V. de Ilaias: *Va, qui iustificatis impium pro muneribus.* & Leuitici secundò: *Aequum iudicium sit civi & aduene* græcè δι' ἀποσιγία id est, pariter absolue peregrinum, adiuem. Et Deut. xxv. *Si fuerit controuersia inter homines, & ad iudicandum venerint, & iustif.auerint iustum, & condemnauerint impium.* græcè

*ὁ δίκαιός ὄσσει, & Prouerb. xvij Qui iustificat
 impium & condemnat iustum, abominabilis est
 uterque apud Deum. Et apud S. Matthæum
 xij. Ex verbis tuis iustificaberis, & in
 verbis
 tuis condemnaberis. Iudicia porro iussa fue-
 runt, quibus Deus ostendit, quemadmodû
 condemnationis sententiam ferre, & quos
 fontes, & iniustos habere ac pronunciare o-
 porteret, etenim *ἔργειν*, id est, iudicare vsur-
 parunt pro condemnare. vt xv. Genesis:
Genem, cui seruituri sunt, ego iudicabo. & se-
 cundo Paralip xxxvj. *Ammonite nos nitun-
 tur eicere de possessione, quam tradidisti nobis
 Domine Deus noster ergo non iudicabis eos?* id
 est non condemnabis. S. Matthæus vj *Noli-
 te iudicare, & non iudicabimini*, S. Ioannes
 quarto. *Non veni ut iudicem mundum, sed ut
 saluum faciam.* & vij. *Nunquid lex nostra
 iudicat, nisi prius audierit ab ipso, & co-
 gnouerit, quid egerit?* Iudicij porro in lege
 præscripti hoc sit exemplum: *Nocturnum
 furem occidit; iustificationis, Diurnum demie-
 rito item iudicij: Qui prudens hominem occi-
 derit, capite pœnas luet; iustificationis: Qui im-
 prudens, rito exul erit.* Testimonia verò, quo-
 rum sæpè supra est facta commemoratio,
 fuere verba, quibus Deus ipse testatus est, se
 eos, qui mandata, præcepta, iustificationes,
 & iudicia à se in lege tradita custodissent,*

bonis varijs , sed ad hanc vitam spectantibus affecturum, qui verò secus malis. Unde dixit Hieremias ix. *Non attendunt mandata tua, & testimonia tua, quæ testificatus es in eis.* & quarto Regum xvij. *Abiecerunt legitima Dei, & pactum, quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes, quibus contestatus est eos.* Eorum verò hoc sit exemplum, Exodi xix. *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea enim est omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* Et Deuteronomij xj. *Si custodieritis mandata mea, quæ ego precipio vobis, & feceritis ea, ut diligatis Dominum Deum nostrum, & ambuletis in vijs eius adherentes ei, disperdet Dominus gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores vobis sunt.* Inde multa alia bona pollicetur, & mala comminatur, quas vocat benedictiones, & maledictiones. In Euangelio porrò eadem etiam voces eodẽ modo vsurpatæ sunt à S. Luca, capite primo. *Erant iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.* Quippè significat Zachariam, & vxorem custodisse legem Domini, quoniam partes eius duas præcipuè coluerunt, Mádata, & Iustificationes, quærum illa Deum, hæc proximum attingunt. Ac

de summa quidem legis hæc dicta sint, quæ ita præponere libuit, quoniam ex his quatuor vocibus tanquam ex summa legis, vniuersa hæc nostra de rep. disputatio deducetur, redeo ad legis historiam.

Hæc igitur lex primum duabus lapideis tabulis à Deo, deinde volumini scripto à Moyse consignata est. Iussit autem Deus, vt secunda legislatio à regibus legeretur, & cognosceretur, item à Pontifice in solemnitate Tabernaculorum populo traderetur. De primo scriptum est Deuteronomij xvij. *Rex postquam sederit in solio regni sui, describet Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Levitica tribus, & habebit secum, legetq; illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & iustificationes eius quæ in lege præcepta sunt.* De secundo xxxj. *Post septem annos anno Remissionis in solemnitate Tabernaculorum, convenientibus eundem ex Israël in loco, quem elegerit Dominus, leges verba legis huius coram omni Israël, audientibus eis, ut audientes discant, & timeant Dominum, & custodiant, impleantq; omnes sermones legis huius.* Profectis ergo Israelitis in Chanaanam, diu in hoc instituto perseveratum est. Inde sub regib. eius oblitterata memoria est. Quod cū Iosaphat rex Iudæ co-

gnouisset, vt erat summa pietate ornatus, misit de principibus, qui docerent in ciuitatibus Iuda, & erudiebant populum. vt xvij. secundi Paralipomenon scriptum est. Deinde verò re seo aut malitiæ, aut negligentia venit, vt volumen etiam legis scriptum è memoria Iudæorum exciderit. Tum casu inuentum in templo, dum instaurabatur, ab Helcia pontifice ad Iosiam regem delatum est. Quod vt ille legit, subito astrictis visibus dixit: magna ira domini accersa est aduersus nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne, quod scriptum est nobis. Vnde librum populo recitari iussit, & se obseruaturum sponndit, sic enim xxiij. quarti Regum: Percussu factus coram Domino, ut ambularent post Dominum. & custodirent præcepta eius, et testimonia, & iustificationes in omni corde, & in tota anima sua, & iurarent verba fœderis huius, que scripta erant in libro illo, ac quieuitq; populus pæto. Inde paucis interiectis annis, cum Iudæi in Babyloniæm traducerentur, Legis quoque volumen euauit. Reuersis autem illis in patriam, Esdras scriba, & sacerdos eam aut amissam restituit, aut corruptam emendauit eo modo, quo nunc habentur, vnde ipse scripsit *Esdras parauit cor suum, ut inuestigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Israël præceptum,*

& iudicium. Atque ab illo scribæ, id est, legis doctores in Rep. dimanarunt, vt postea ostenderetur. Hi deinde libri iussu Ptolomei Philadelphi regis Aegypti per LXX. interpretes Græcè conuersi sunt. Post aliquot inde annos Antiochus Epiphanes, rex Syriæ, coegit eos à lege hac Dei deficere, & legem ipsam comburere. Locus est in principio Maccabæorum: *Scrispsit omni regno suo, vt esset omnis populus vnus, & relinqueret vnusquisque legem suam. & multi Israël consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & conquinauerunt sabbatum, & misit rex libros per manum nuntiorum in Hierusalem, & in omnes ciuitates Iude, vt sequerentur leges gentium terra, & prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei, & prohiberent celebrari sabbatum & dies solennes, & iussit conquinari sancta, & sanctum populum Israël, & iussit adificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes suillas, & pecora communia, & relinquere filios incircuncisos, & conquinari animas eorum in omnibus immunditijs, & abominationibus, ita vt obliuiscerentur legem, & immistarent omnes iustificationes dei, & quicumque non fecissent secundum verbum regis Antiochi, morerentur. & paullo post: Per vniuersas ciuitates Iude in circuitu adificauerunt aras, & ante ianuas domorum, & in*

C 5

pluribus

plateis incendebūt thura, & sacrificabāt, & libros legis Dei cōbūsserunt igni. scidētes eos, & apud quæcunq; inueniebantur libri testamēti Domini, & quicunq; obseruabant legē Domini, secundum edictum regis trucidabant eum. Hoc malo paulo ultra biēnium Iudæa miserè laborauit. successit enim mox Iudas Macchæus, qui recepta vrbe & legem, & legis disciplinam in statum pristinū reuocauit. Assamōnæis inde pōsteris eius regnantib. multæ subinde hæreses emerfere, vt Scribarum, Sadducæorum, & Pharisæorum, qui fermè scribæ, id est legis doctores fuerunt, qui legem variè interpretantes, populum vanis erroribus imbuerunt. Quos subinde excepit Christus, qui prædicatione sua cum veritatem docuit, tuq; inprimis inanem eorū doctrinam elusit, & nouam legem intulit, nouoq; testamento sedes hominibus se non in Chananæa, sed in cælo daturum, qui uocibus suis paruissent, ostendit, denunciāns se uenisse, non ut legem solueret, sed adimpleret. recte: nam cum lex exempli gratia homicidium uetisset, ipse non solum occidere, sed etiam succensere fratri prohibuit. cū lex adulterium sustulisset, ipse nō modo adulterium, sed etiam petulantem mulieris intuitum interdixit, adiiciens: *Nisi iustitia uestra abundauerit plus quam iustitia Phari-*

saorum, aut Scribarum, non intrabitis in regnum cælorum. Ac de lege quidem, quod ad propositum nostrum attinet, in vniuersam hæc dicta sint.

De forma Reipub. Israëlitarum.

C A P. V.

SEquitur, vt de forma Reipub. disseram, quam Deus aut superiore lege præscripsit, aut post induci neglecta lege permisit. Cæterum cum de forma Reipub. quæritur, nihil aliud quæritur, nisi penes quem principatum summa rerum fuerit constituta. Hæc verò apud Hebræos primum penes optimates posita fuit, deinde penes Reges, quorum principatum illum Aristocratiam, hoc regnum Græci vocarunt. Aristocratia fuit sub Moyse, Iosue, Senioribus, & Iudicibus, Regnum sub regibus.

De Aristocratia sub Moyse significauit Moyses xiiij Deuteronomij, cum dixit: *Non facietis in terra Chanaanæ, quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. non enim vsq; in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem quam Dominus Deus vester daturus est vobis.* Ac multis quidem, ijsque bonis, & prudentibus viris Moyses rem totam commisit, vt alij sacra, alij profana curarent. (ex ijs autem, qui operâ rebus sacris dederunt, vnus fuit Pontifex reli.

reli qui Sacerdotes & Leuitæ qui verò profana administrarunt, alij consultationibus, alij iudicijs vacauerunt, nonnulli pacis, quidam belli studia coluerunt) omnes verò nõ ex arbitrio voluntatis, sed ex præscripto legis suo fungi munere, in primisque iudicia, & iustificationes exercere constituit. Atque ita deinde tempore Iosue, & Iudicum in terra Chanana, dispersitis possessionibus, est seruatum. Etenim ad Iosue dixit Deus cap. primo: *Confortare, & esto robustus valde, ut custodias, & facias omnem legem, quam precepit tibi Moyses seruus meus, nec declines ad dextram, vel ad sinistram, ut intelligas cuncta, quæ agis.* Et post præcipienti illi respondere Israelitæ *Omnia quæ precepisti nobis faciemus, & quocumque miseris, ibimus. Sicut obedimus in cunctis Moysi, ita obedimus & tibi Iosue moriturus, aduocatis Israelitis, eadem verba repetijt, quæ ad se Deus tradens imperium fecerat, de lege Dei custodienda, cap. xxxij. promisitq; populus, se Dei præceptis obediturum.*

De Seniorum imperio significatur secundo Iudicum: *Seruiuerunt Israelita Domino cunctis diebus Iosue, & Seniorum, qui post eum vixerunt, & nouerunt omnia opera Domini, quæ fecerat in Israël.* Iudicibus inde rerum potentibus eodem modo aristocratia fuit, siquidem

dem illis principatum administrantibus, & lex vt ante valuit, & Deus ipse imperium tenuit. Hoc autem ita esse, probatur etiam ex Iosepho, qui libro iij Antiquitatum legem Dei ad hunc locum pertinentem explicuit, sic loquentem faciens Moysem: *Aristocratia, & vita. que ex ea degitur, res optima est, nec vos capiat desiderium, alterius rei. Id hanc amate leges habentes dominas, ex ijs omnia facientes. Satis enim est, ut Deus presit. Quod si regis cupiditas vos incesserit, is ex eadem gente sit.*

Hanc verò Aristocratiam in qua lex potissimum cum Deo dominata est, Regnum ipsum excepit. Regnum autem appellarunt imperium summum vnius hominis non ex lege, sed ex arbitrio operantis, quem à Samuele Iudice postularunt, his verbis viij. primi Regum: *Constitue nobis regem, ut iudicet nos, ut vniuersæ habent nationes.* Quod vt ille audiuit, subito Deum, quid opus esset factum, consuluit. qui ita respondit: *Audi vocem populi in omnibus, que loquuntur tibi non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, & addit, Veruntamen contestare eos, & predicis tui regis, qui regnaturus est super eos.* Significauit enim apertè, Iudicibus rerum summam ex lege habentibus regnasse Deum super Hebræos, quia lex dominata esset, inpe

rio verò ad regem gentium more translato, Deum non regnaturum, cum non penes legem, sed penes voluntatem vnus hominis summa rerum esset futura. probe. etenim, vt optimè dixit Aristoteles in Politicis, *Qui legem vult imperare, Deum vult imperare, qui Regem, id est, hominem, belluam, quod non semper ratione, sed plerunq; cupiditate ducatur.* Hoc autem arbitrarium Regis imperium expressit Deus, cum addidit: *Filios et filias, & pradia, et seruos vobis auferet, et greges vestros addecimabit, et vos eritis ei serui, neque clamantes audiemini à Deo.* vnde dixit Dauid Psal. ij. *Ego cõstitutus sum Rex à Deo super mōtē sanctū Sion. Dixit Dominus ad me. Postula à me, dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferræa, et tanquam vas figuli confringes eos.* Hęc autem duo regis imperia, eius inquam, qui lege tenetur, & qui legibus est solutus, Aristoteli quoque nota fuerunt, atque illud nullum proprium reipub. genus facere, atque in omni repub. reperiri posse, hoc verò propriè regnum appellari putauit. sic enim inquit: *Deinceps disputandum est de Rege, qui omnia ex voluntate gerit. nam qui ex lege Rex dicitur, non est Reipublice species, quia in omnibus rebus publicis dux belli perpetuus esse potest, vt in Democrætia et Aristocrætia. et multi*

creant.

creant unum de minimis administrationis. Plenum autem Regnum vocatur, quo cuncta Rex sua voluntate gerit Hoc ergo modo Hebræi, postquam sedes in Chananaea locarunt, primum Iudicibus paruerunt, qui ex lege præfuerunt, deinde more aliarum gentium Regibus, qui ex voluntate imperarunt: quorum primus Saul, secundus David fuit, à quo inde hæreditarium regnum inter Iudæos euasit, donec res ad Sedeciam peruenit, qui à Nabucdonosore Rege cum populo captiuus in Babyloniam est abductus. Reuersis verò in patriam post annos septuaginta Iudæis, res iterum ad optimatum statum est adducta, quo tempore, ut inquit Iosephus libro xj. pōtifices, qui pro tempore fuērūt, & sacerdotum, & iudicum partes impleuerunt, donec populo ab Antiocho seruitute oppresso, Leuitica Assamæorum familia insurrexit, qui primum sub titulo principis, deinde sub nomine Regis manentibus veteribus institutis rem Iudæorum vniuersam administrarunt. Quibus extinctis reges profelyti Ascalonitæ successere, qui rectius appellari tyranni potuissent; ex quibus Herodes Magnus Antipatri filius, & Archelaus filius, & Agrippa nepos in Iudæa. Herodes Antipa tetrarcha in Galilæa, ac subinde duo

duo Herodes Agrippæ reges in Chalcidica potiti rerum sunt, qui potestatem à Romanis Iudæam illo tempore obtinentibus creandorum pro arbitrio pontificum acceperunt: inde pulsus demum Ascalonitis Romani subactæ Iudææ magistratum, & tributum imposuerunt. ac legibus eorum magna ex parte seruatis regionis imperium, & procurationem sibi vindicarunt, ac postremò rebellantibus eis urbem cum templo inflammauerunt, ac gentem propè totam profligauerunt.

Est porrò illud quoque tenendum, rempub. Hebræorum quodammodo tripartitam fuisse, vna enim fuit, quæ vniuersum populum, id est, XII. tribus, complexa est; altera, quæ singulas ipsius populi tribus; tertia, quæ singulas singularum tribuum ciuitates. Primæ reipub. sedes in ea collocata vrbe fuit. quam Deus religionis causa sibi assignauit. (quæ verò ea vrbs fuerit, post dicitur.) Ibi enim summus magistratus, summus senatus, populus, iudiciumque conседit Fuit tamen interim aliquando interregnum, quod significatur in libro Iudicum; cum scribitur: *Erant IIsraë sine Regibus, & quisque faciebat quod recte in videbatur.* innuens, non tribus singulas, aut ciuitates suis principibus vacante, sed vniuersam deo-

decim

decim tribuum temp. summis præsidibus, & tutoribus caruisse.

Secunda resp. præfectum vnum habuit, qui Princeps tribus dictus est, itemque alios, qui familiarum principes nominati sunt, qui tamen omnes summo principi, penes quem tota erat resp. paruerunt.

Tertia verò hoc modo constituta fuit. Vnaquæque ciuitas suum habuit senatum, qui de rebus ad ipsam præcipuè pertinentibus decerneret, & causas priuatas, capitales, que cognosceret, & suos magistratus, qui senatum haberent, & iudicia exercerent. Quæ obrem Respub. Hebræorum populum habuit, senatum, iudices, & magistratus. Vnde apud Iosue cap. xxij. scriptum est: *Conuocauit filios Israël, & Senatum eorum, & principes eorum & iudices eorum, & scribas eorum.* Arma etiam, quæ publico populi nomine extra fines ferenda erant, à solo rege, & summo senatu decreta sunt, adiuuantibus singulis tribuum, & familiarum principibus, & ciuitatibus, quemadmodum post suo loco probabitur.

De ciue Israëlita, & Profelyto.

C A P. VI.

EXplicata Hebraicæ reipub. forma, sequitur, vt qualis huius reipub. ciuis fuerit, demonstretur. Censuit igitur Aristoteles,

D

varios

varios pro varietate rerum publicarū ciues
 existere, qui verò optimè reip. ciuis esset, e-
 um & consiliorum, & iudiciorum compo-
 tem esse. Quæ definitio ad ciuem quoq; ac-
 cōmodari Hebræū potest, vt is det. ū in eo-
 rum rep. ciuis fuerit, qui particeps consilio-
 rum, iudiciorumq; extiterit. Nam sacra
 non omnibus communia. sed propria Leui-
 tarum fuerunt. Est præterea illud etiam ad-
 monendum, Hebræorum populum bipar-
 titum fuisse, vnum indigenarum, qui Græ-
 cè *αυτόχθονες*, alterum aduenarum, qui *προ-
 σήλυτοι* dicti sunt. quo nomine Profelytorū
 vñ sunt etiam, qui Latine sacras historias
 conuerterunt. Indigenæ fuere omnes, qui ab
 Israele genus, vt dixi, trahentes cum lege cir-
 cuncisionem sumpserunt. quam Deus A-
 brahæ mādauerat xvij. Genesis, his verbis:
*Infans octo dierum, circumcidetur in vobis.
 masculus, cuius præputij caro circumcisa non
 fuerit, delebitur anima illius de populo suo, quia
 pactum meum irritum fecit.* Profelyti fue-
 re alienigenæ, qui ex gentibus procreati,
 sed ab idolorum ad Dei cultum traducti,
 circumcissione donati sunt. quos Deus pro
 indigenis haberi mandauit, Exodi xij. lo-
 quens de institutione Paschæ: *Quod si quis pe-
 reginorum in vestram voluerit transire coloniā,
 & facere Phase Domini, circumcidetur prius*

omne masculinum eius, & sic ritè celebrabit, e-
 ritq; sicut indigena terra. si quis autem circumci-
 sus non fuerit, non vescetur ex eo: eadem lex e-
 rit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud
 vos. sic Latinus. at Græcè aptius: indigena, &
 profelyto, qui accesserit ad vos. & Leuitici xvij.
 Homo quilibet de domo Israël, & de aduenis,
 qui peregrinatur inter vos, qui obtulerit holo-
 caustum, siue victimam, & ad ostium Taber-
 naculi Testimonij non adduxerit eam, ut offerat
 Domino, interibit de populo suo, & secundo: ¶
 Equum iudicium sit cini, & aduena. i. profe-
 lyto. Quemadmodum autem gentiles circū-
 cisi ad Iudæos transfirent, extat templū Sici-
 mitarum in Genesi tempore Iacob. item A-
 chior, Iudith xiiij. Achior videns virtutem,
 quam fecit Deus Israël, relicto gentilitatis ritu
 credidit Deo, & circumcidit carnē præputij sui,
 & appositus est ad populum Israël, & omnis
 successio generis eius vsque in hodiernum diem.
 Ioannes inde Hyrcanus Rex Idumæos sub-
 actos ad circumcisionem accipiendam ade-
 git. Quare Herodes Idumæus profelytus
 fuit, non antiqua stirpe Iudæus. Itaque, vt i-
 pse regnum Iudæorum profelytus cœpit,
 sic Pontificatum etiam Profelytis tradidit.
 Quantum verò studium poneretur à Iudæ-
 is in eo, vt Profelytos facerent, id est, vt gen-
 tiles circumciderent, docuit Christus allo-

quenseos, Matthæi xiiij. *Vos circumitis mare, & aridam, ut faciatis unum profelytum, & cū fuerit factus, facitis eum filium gehenna duplo, quàm vos.* Hinc secundo Paralip. xxx. *Hilaritate perfusa est omnis turba Iuda tam Sacerdotum, & Levitarum, quàm uniuersa frequentia, que venerat ex Israël, profelytorum quoque de terra Israël, & habitantium in Iuda.* & Ezechielis xiiij. *Homo de domo Israël, & de profelytis, quicumque aduena fuerunt in Israël, si alie natus fuerit à me, & posuerit idola in corde suo.*
 & Actuum ij. *Iudei & Profelyti.*

De vrbe Reipub. sede.

CAP. VII.

Regio porrò, in qua hæc constituta resp. fuit, Magnæ pars Syriæ fuit, cuius longitudo à Syria Antiochena ad Aegyptum, & Arabiam, latitudo à mari Syriaco ad Cœlem Syriam, Arabiamque alteram prodijt. Hanc mediam fermè Iordanes fluvius secuit, qui vt inquit Plinius, ortus è fonte Paneade, vbi primam conuallium occasionem est nactus, in lacum se fundit, quem plerique Genesaram nominarunt. (in Euāgelio verò stagnū Genesareth, & mare Tiberiadis appellatur.) Inde velut inuitus Asphaltitem lacum (quod etiam mare mortuum dicitur) dirum natura petit, à quo postremo

stremò absorptus, aquas laudatas pestilentibus miscet: Vniuersa regio antiquitus in sacris litteris terra, vt dixi, Chanaam, siue Chananea dicta est, tum cùm Abraham iussu Dei huc ex Mesopotamia transijt, atque per ea tempora à septem populis habitata fuit, Amorrhæis, Chanaanæis, Gergesæis, Hettæis, Heuæis, Iebusæis, & Pherezeis, quibus etiam Philistæi siue Palæstini adiungi possunt. Inde posteri Israel, cum hanc armis occupauissent, terram Israel appellarunt, atque in xij. vt dixi, partes diuiserunt, quas tribus vocarunt, trans Iordanem Ruben, Gad, & Manasse, cis Iordanem Iudam, Benjamin Simeon, Efraim, Dan, Aser, Issachar, Zabulon, & Nephtalim. Decem inde tribubus à duabus auulsis, & post in Assyriam transportatis, partes huius regionis hæ celebrari cis Iordanem cœperunt, Iudæa, Samaria, Galilæa interiores, Palestina verò maritima. Ituræa, Trachonitis, & Chalcidica trans Iordanem. Iudæa à tribu Iudæ vocata fermè his insignita vrbibus fuit, Hierusalem, Bethel, Hiericho, Arimathia, Emmaus, siue Nicopoli, Bethleem, Hebron, Cariathiarim, & Eleutheropoli. Samaria ab vrbe eius nominis appellata, quam in monte Somer tribus Efraim Amri rex condidit, hæc oppida habuit, Silo, Sichem, siue Sichar, & Samariam.

Galilæa hoc nomine iam tum, cum Israelitæ traiecerunt, nuncupata, oppida amplexa est, Nazareth, Naim, Caparnaum, Bethsaidam, quæ post Iulias & Paneadem, quæ post Tiberias appellata est, eaq; duplex fuit, superior ad mare Syriacum pertinens, & inferior ad mare Tiberiadis. Palæstinæ vrbes celebratæ Geth, Gaza, Azotus, Accaron, & Ascalon. Inde prævalentibus Iudæorum opibus, tota regio Iudææ nomen inuenit, quam post Christum etiam Palestinam & Terrâ sanctam nominauerunt. Cum ergo, vt ad priora redeam, totius populi Israelitici vna cõmunis duodecim tribuum esset Resp. statuendus etiam locus fuit vnus, quo cõs ex suis tribubus, atq; oppidis conuenirent, vbi Deo sacrificia facerent, primitias offerrent, consilia in commune agitarent, iudicia tractarent, & is demum sederet, qui summæ rerum sacrarum & profanarum præesset. Hûc verò Deus statuit esse illum, quem ipse inuocando suo nomini delegisset, sic enim in lege loquutus est ca. xij. Deuteronomij: *Nõ facietis ita Domino Deo vestro, sed ad locum quẽ elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis & offeretis in eo holocausta & victimas vestras. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, et olei tui,*

sed

sed coram Domino Deo tuo in eo loco, quem ipse elegerit, & cap. xvij. Si iudicium sententiam in portis tuis videris variari, a^scende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut ibi nomen eius enoces. Elegit autem duas vrbes, in quibus Tabernaculum, & Templum suum est constitutum. hæc verò facere duæ, Silo in Samaria, & finibus Efraim deinde, illa reprobata, Hierusalem in Iudæa, ac tribu Iudæ. De Silo hæc habemus testimonia. Cum Iosue mandato Dei Tabernaculum cum Arca in Silo posuisset, ibi etiam sedem religionis & Reip. collocavit. Vnde illa sunt in illius historia cap. te xxij. *Congregati sunt omnes filij Israël in Silo, ibiq. fixerunt Tabernaculum Testimonij & xxij. Conuenerunt omnes in Silo, ut a^scenderent, et dimicaret contra eos, qui trans Iordanem erant. & iudicium xxj. Venerunt omnes ad domum Dei in Silo, & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperum, leuauerunt vocem. Et paulò post. Ecce solemnitas Domini est in celo annu. vsq. via, que sita est ad Septentrionem vrbis Babel, ad orientalem plagam vie, que de Babel tendit ad Sichimam. Inde DEVS reiecta Silo delegit Hierusalem, & montem Sion in tribu Iudæ, eoq. domum suam transferri cum tota Repub. voluit, ac demum Silo quoque evertit. sic enim loquitur vij. apud Hieremiam: *Ite ad locum meum**

in Silo, ubi habitauit nomen meum à principio, & videre, quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israël: & alibi: Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, sicut feci Silo. Elegit autem Hierusalem tempore Dauidis regis. is enim Iebuseos, quos Iudas, & Benjamin olim eicere inde non potuerāt, profligauit, atque ibi primus iubente Deo sedem poluit, arca in montem Sion translata. Qua de re scriptum est vj. secundi Paralip. ubi Deus ita loquitur: A die qua eduxi populum meum de terra Ægypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israël, ut edificaretur in ea domus nomini meo, neque elegi quempiam alium virum, ut esset dux in populo meo Israël, sed elegi Hierusalem, ut sit nomen meum in ea. & quarto Regum xxj. In templo hoc, & Hierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israël, ponam nomen meum in sempiternum. Hinc Iosephus legem hanc Dei sic concepit. Sancta una urbs sit terra Chananæorum in loco pulcherrimo, & virtute illustri, quem Deus illi elegerit, & templum unum in ea sit, & altare unum ex lapidibus non politis, in alia verò urbe neque templum, neque altare sit Deus enim unus est, & unum Hebræorum genus, ter verò quotannis in eam ad templum ex finibus terra conueniant, quam Hebræi poss. derunt, & Deo offerant ex eis, quæ habent, & de futuris aabor.

tentur

tentur, & conuenientes inter se, & conuiuantes amici sint. Est enim honestum, non ignorare, se in er se contrabules esse, & eorundem participes studiorum existere. Itaq; David huc alludens, dixit Psalmo lxxvij. *Ei repulit tabernaculum Ioseph, neque tribum Effraim, elegit, sed elegit tribum Iudæ montem Sion, quem dilexit, & edificauit instar Excelforum, sacrarium suum, siue sicut unicornium sanctificium suum*: Significat enim Deo nõ placuisse, vt templum ædificaretur in Silo in tribu Effraim, & tabernaculo Ioseph patris Effraim, qui illam terram extra sortem à patre acceperat, vt scriptum est XLVIII. Genesis, & post in ea vrbe sepulturam acceperat, vt Iosue xxiiij sed voluisse vt extrueretur in Hierusalem in tribu Iudæ. Huc etiam, credo, pertinent verba illa Samaritanæ mulieris apud S. Ioannem, quæ Christum ita allocuta est: *P. ures nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, ubi adorare oportet*. Patres enim suos vocauit Effraimitas, à quibus se manasse Samaritæ iactabant, eosque adorasse ait in monte Effraim, de quo Iosue xx. *Sichem in monte Effraim*. nempè per eos annos, quibus domus Dei fuit in Silo; Iudæos verò eam laudem sibi vindicare, & locum adorationis esse in Iuda, nõ in Effraim, quòd esset in vrbe Hierosoly-

mitana, contendere. Hanc verò religionis, & ciuitatis translationem in Hierusalem à Dauide factam, ipse etiam Psalmo cxxj. cecinit, inquit: *Hierusalem, quæ edificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in ð:ipsū. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israël, ad confitendum nomini Domini. Quia illic sederunt, sedes in iudicio, sedes super domū David* Significat enim tribus, id est, populum ascendisse Hierusalem, primum, vt laudarent Deum, deinde, vt poscerent ius siue à magistratibus, siue à iudicibus, tum cum à se ædificata, & in formam ciuitatis reducta est.

Ceterum vrbs Hierusalem, vt latius, qualis fuerit, explicemus, primis temporibus Salem dicta fuit, & Regi Melchisedech paruit, qui, sacerdos cum esset, Abrahamo à bello redeunti, quod pro Loth captiuo suscepit, occurrit, ac panem, & vinum obtulit, vt narratur xiiij. Genesis. Populus autem, qui illam incoluit, iam tum Iebusæus dicebatur, quem Iudas, & Benjamin extrudere vrbe non potuit, vsque ad tempora Davidis. Itaque vrbs in vtraque tribu fuit. nam xv. Iosue scriptum est. Iudam Iebusæos, incolas Hierusalem exigere non potuisse. in vaticinio verò Moylis Deuterono. xxxiiij. *Beniamin, amantissimus Domini habitabit cō-*
fiden-

fidenter in illius, quasi in thalamo tota die morabitur. & inter humeros illius requiescet, prædicitur fore, vt Benjamin inter humeros Domini requiescat. quod templum esset con-
dendum in tribu eius. & xvij Iudicum additur, Benjamin non potuisse eijcere Jebusæum habitatorem Hierusalem, sed inter e-
os sedes posuisse Ex quibus intelligi potest, urbem Hierusalem magnitudine sua vtriq;
tribui communicatam. Quocirca sunt etiã, qui censeant, partem ipsius templi in tribu
Beniaminis fuisse. Hæ certè duæ tribus pro-
pter vicinitatem, & coniunctionem pro v-
na tantum habitæ sunt, quemadmodũ post
etiam in diuortio tribuum factum est, cum
Iudas, & Benjamin Roboamum sequuntæ, v-
num Iudæ nomen adeptæ sunt. David au-
tem spiritu diuino instinctus (nam Deus illã sibi, id est templo suo, sedem delegerat.)
vbi primum regnum adeptus est, Jebusæos
vrbe exterminauit, atque ea extructa, mu-
rorum ambitum prolatauit, atq; ibi arcem
in vno colle môtis Sion cõdidit, quæ urbem
despectaret, ac munitã ciuitatem David vo-
cavit, atq; eo domicilium suum cum Arca
foederis trãstulit post autem, cum in altero
eiusdem Sionis colle, Moria vocato, conde-
re templũ vellet, non probante Deo, eã glo-
riã filio Salomoni reliquit. qui regnũ adept-
-us o-

opus perfecit, atque in eius praeidium ar-
 cem in tertio eiusdem montis colle constru-
 xit teste Iosepho v. belli, & vij. Antiquita-
 tum. Roboamo inde Salomonis filio regnā-
 te Sifae Rex Aegyptiorum urbem cepit, &
 thesauros regios asportauit. Ezechia verò
 rerum potiente, Sennacherib rex Assyrio-
 rum acri obsidione, sed frustra fatigauit. In-
 de Nabucdonosor rex Babyloniorum se-
 mel sub rege Ioachim, iterum sub rege Io-
 achim cepit, ac tertio sub Sedecia receptam
 euertit, atque vna cum templo succendit,
 populumque in Babyloniam captiuum ab-
 duxit. Populo inde post lxx. annos in Iudæ-
 am permissu Cyri Persarum regis reuerso,
 templum per Zorobabelem, vrbs per Nee-
 miam, lex per Esdram est restituta, arx quo-
 que in tertio colle non longè à templo refe-
 cta. Mox ab Anthiocho Epiphane Syriae
 rege vrbs direpta, lex cremata, templum
 profanatum est. Neque ita multò post om-
 nibus his per Iudam Assamonæum recep-
 tis, ac nouo opere restitutis florere opibus,
 ciuitas cepit. donec prauo duorum fratrum
 regum, Hyrcani, & Aristobuli dissidio Cn.
 Pompeius dux Romanus bellum in Syria
 gerens, adductus ipsam occupauit, ac tem-
 plo pepercit, quam paulò post Antigonus
 Aristobuli filius Parthorum ope recepit.

Antigono vero Herodes Aſcalonita Rex à Romanis declaratus C. Sofio Syriae proconſule opem ferente ademit, ac tandiu poſteritas eius tenuit, quoad in poteſtatem Iudæorum beneficio Romanorum reuerſa deſecit. Quo tempore à Tito Cæſare Veſpaſiani Imper. filio rurfus in ditionem adducta, & cum templo ſolo æquata, atq; combuſta eſt. Ad extremum Chriſtiana iam fide aſcита per Hadrianum, ſed ſine templo, reſecta, ab eo Aelia eſt nominata.

Atque hæc quidem ſunt, quæ in vniuerſum de repub. Hebræorum præponenda cenſuimus, vt his fundamentis iactis, deinceps expeditius ad reliqua pergeremus.

C A R O.

CAROLI SIGONII

DE REPVB- LICA HEBRAEORVM LIBER SECVNDVS.

Qui de locis sacris inscribitur.

De Religione. CAP. I.



Xposita propositæ
reip. forma, sanè se-
quitur, vt partes eius
eo, quo instituimus,
ordine persequamur.
Quoniam autè Resp.
Hebræorum religio-
sa, & civili vita, vt di-
ximus, continetur, præcipuè illud agemus,
vt primum de Religione, deinde de Ciuita-
te loquamur. In hac verò diuisione consti-
tuèda, verba ipsa legis sectabimur, cuius hæ,
vt dixi, partes fuere, Mandata, Præcepta, Iu-
stificationes & Iudicia. quorum Mandata &
Præcepta fermè ad Religionem pertinue-
runt, Iustificationes verò & Iudicia ad Ciui-
tatem. Quoniam verò Religio, id est Deico-
lendi ratio in lege præscripta, & sæpè post
repetita, in quatuor item partes fuit diuisa,

In loca sacra, dies sacros, ritus sacros, & personas sacras (siquidem Deus certis se in locis coli voluit, & certis diebus præcipuū sibi honorem haberi, ac certis ritibus, & à certis personis) propterea illud quoque curabimus, vt deinceps sigillatim de his omnibus disseramus.

De locis sacris. CAP. II.

Loca ergo sacra, id est, terrestria ipsa sanctitatis domicilia, multa fuerunt. A principio enim Deus Tabernaculum, atque in eo Sanctum Sanctorum, Arcam & Altaria sibi instituit deinde pro Tabernaculo templum in vrbe Hierosolymorum construi voluit. Interim verò passus est etiam, sibi sacrificari extra Tabernaculum, & Templum in collibus sub opacis arboribus, quæ illi Excelsa dixerunt. Post autem iniuriu Dei templa alia duo, vnum in Samaria, alterum in Aegypto sunt condita. Quin etiam & in vrbe Hierusalem, & in prouincijs quædam conuenticula instituta sunt, quas Synagogas vocarunt, quæ postea delectis templis solæ remanserunt. Quæ cum ita sint, satis apparet, si huic parti satisfacere cumulatè velimus, necesse esse, vt hæc singula declaremus. Quamobrem à Tabernaculo exordiamur.

*De Tabernaculo. Sancto Sanctorum, Arca
fœderis, altaribus & ornamentis
eorum. CAP. III.*

CETERUM Tabernaculum, quod etiam Sanctuarium dictum est, fuit huiusmodi. Aedificium erat instar templi ex lignis confectum, quod per partes compingi, ac dissolui, ac quocunque deferri potuit, in quo locus erat sanctior velo distinctus Sanctuarum Sanctuarij, ac Sancta Sanctorum appellatus. ibi verò arca fœderis seruabatur, quæ operculum habebat propitiatorium, & Oraculum appellatum, duobus Cherubin alas super extendentibus insignitum, & altare aureum Thymiamatis, extra velum autem erat mensa cum xij. panibus sacris, qui dicebantur Propositionis. præterè Candelabrum cum lucernis septem, & labrum aureum, extrà verò Tabernaculum cum labro æneo altare æneum Holocausti, ac præterè atrium, & tentorium. Hæc verò omnia Deus Moyse facienda præscripsit, cum esset in monte Sinai xxv. Exodi, his verbis: *Facite mihi SANCtuarium, & habitabo in medio vestri iuxta omnem similitudinem Tabernaculi, quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultu eius, sicq; facietis illud*: Inde sic orditur de ARCA dicerè, & ornamentis eius. *ARCAM de lignis*

nis Setim compingite. & deaurabis eam auro
 mundissimo intus, & foris, faciesq; supra coro-
 nam auream per circuitum, & quatuor annu-
 los aureos quos pones super quatuor arce angu-
 los, duo circuli sint, in latere uno & duo in alte-
 ro. Facies quoque **VECTES** de lignis Setim,
 & operies eos auro, inducesq; per circulos, qui
 sunt in arce lateribus, ut portetur in eis, qui
 semper erunt in circulis. ponesq; in Arca Testifi-
 cationem, quam dabo tibi Facies & **PROPI-
 TIATORIUM** de auro mūdissimo, duos quo-
 que **CHERVBIN** aureos, & productiles faci-
 es ex utraque parte Oraculi. Cherub vnus sit in
 latere uno & aliter in altero. utrunque latus Pro-
 pitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes
 Oraculum, respicientesq; se inuicē versis vultu-
 bus in Propitiatorium, quo operienda est Arca,
 in qua pones Testimonium, quod dabo tibi. Qui-
 bus dictis inde pergit loqui de mensa, & in-
 strumentis eius. Facies & **MENSAM** de
 lignis Setim, & inaurabis eam auro purissimo.
 Faciesq; illi **LABRVM** aureum per circus-
 tum & ipsi labro **CORONAM** interrasilem,
 atque super illam alteram coronam aureolam.
 Parabis quoque **ACETABVLA**, & **PHI-
 ALAS**, **THVRIBVLA**, & **CY-
 ATHOS** in quibus offerenda sunt libamina, ex
 auro purissimo. Et pones super mensam **P-
 ANES PROPOSITIONIS** in conspe-

Elu meo semper Facies & CANDELABRUM de auro purissimo, hastile eius, calamos, scyphos & spherulas, ac lilia ex ipso pendentia. Facies & *LUCERNAS* septem, & pones eas super Candelabrum, ut luceant ex aduerso. *EMVNCTORIA* quoq;, & ubi, quæ emanata sunt, extinguantur, fiant auro purissimo. His demonstratis inde *TABERNACVLVM* de lignis Setim fieri præcepit, atq; in eo partem unam sanctiorem, quam Sanctum Sanctorum vocavit, & Tabernaculi ipsius formam, magnitudinem, ornatumq; ostendit. Quæ quia longa oratione texuntur, recitare super sedebimus, locum indicasse contenti. Quo sermone absoluto ita de Velo, & Propitiatorio subdit: *Facies VELVM* de hyacintho, et purpura, coccoq;, bis tincto, & bysso retorta: *inferetur autem velum per circulos, intra quos pones Arcam Testimonij, quo & Sanctuarium, & Sanctuarij Sanctuarium dividetur. Pones & PROPITIATORIUM* super Arcam Testimonij in Sancto Sanctorum. Mensam quæ extra velum, & contra mensam Candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte Aquilonari. Inde de Tentorio, Altari Holocausti, & Atrio loquitur ita: *Facies & TENTORIUM* in introitu tabernaculi de hyacintho & purpura, coccoq;, bis tincto, & bysso retorta. *Facies & ALTARE*

de lignis *Setim*, & operies illud ære, faciesq; in
 usus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcip
 pes, atque fuscinulas, & ignium receptacula, om
 nia vasa ex ære, craticulamq; in modum retis
 æneam. **Facies & ATRIVM** Tabernaculi cū
 columnis viginti. Postremò de altari thymia
 matis, labro æneo, oleo sacro, & thymiamat
 e sic concludit: *Præcipe filiis Israël, ut offerant*
tibi OLEVUM de arborib olivarum purissimū,
ut ardeat Lucerna semper in Tabernaculo Te-
stimonij extra velum, quod oppansum est Testi-
monio. Facies quoq; ALTARE ad adolendum
thymiamia de lignis Setim, vestiesq; illud auro
purissimo ponesq; altare contra velum, quod an-
te Arcam pendet Testimonij, coram Propitiato
rio quo tegitur Testimonium. Et adolebit incen-
sū super eo Aaron suave fragrās. Facies & LA
BRVM æneum cum basi sua ad lauandum, po-
nesq; illud inter Tabernaculum Testimonij, &
Altare. Sume tibi aromata myrrhe, cinnamo-
mi, calami, casie, olei, faciesq; unctionis Oleum
Sanctum, & unges ex eo Tabernaculum Testi-
monij, & Arcam Testamenti, & Mensam
cum basibus suis, & omnia sanctificabis. Su-
me quoque aromata, stacten, onicha, & galba-
num boni odoris, & thus lucidissimum, faciesq;
THYMIAMA, & pones coram Taberna-
culo Testimonij, quo in loco apparebo tibi.
 Hæc in Exodo à capite xxv. vsq; ad xxx. ita

præcipiuntur. Sacrificia inde omnia ad Altare Holocausti ad ostium Tabernaculi facienda mandauit, *Leuitici xvij Homo quilibet de domo Israël si occiderit bovem aut ovem, siue capram in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad ostium Tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit Homo de domo Israël, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, & ad ostium Tabernaculi non adduxerit eam, ut offeratur Domino, interibit de populo suo.* Hæc autem omnia subinde perfecta sunt à Moysè, Israelitis cuncta, quæ iussa erant, summo studio conferentibus, cap. xxxvij & xxxviii. in quibus de altari aureo, & æneo, nempe thymiamatis, & holocausti præcipuè sic scriptum est; *Fecit & altare thymiamatis de lignis Setim vestimentq; illud auro purissimo. Fecit & altare Holocausti de lignis Setim operuitq; illud laminis aureis, & in usus parauit ex ere va, & diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas uncinos, & ignium receptacula, craticulamq; eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam fufis quatuor annulis per totidem reticuli summitates, ad immittendos vedes ad portandum quos & ipsos fecit de lignis Setim, & operuit laminis æneis, induxitq; in circulos, qui in lateribus altaris imminebant, ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabu-*

latis

latis, & intus vacuum. Inde cap. xl. sic concludit *Fecit Moyses omnia qua preceperat Dominus Quippe mense primo anni secundi, prima die mensis collocatum est Tabernaculum, erexitq; Moyses illud, & posuit tabulas, & bases, & vectes statuitq; columnas, & expandit telum super Tabernaculum imposito, de super operimento. Posuit & Testimonium in Arca subditis infra vectibus, & Oraculum de super. cumq; intulisset Arcam in Tabernaculum, appendit ante eam velum. Posuit & mensam in Tabernaculo Testimonij ad plagam septentrionalem extra velum ordinatis coram Propositionis panibus. Posuit & Candelabrum in Tabernaculo Testimonij è regione Mense in parte australi, locatis per ordinem lucernis. Posuit et Altare aureum sub tecto Testimonij contra velum, & adolevit super eo incensum aromaticum. Posuit & Tentorium in introitu Testimonij, & Altare, Holocaustum, & sacrificia. Labrum quoque statuit inter Tabernaculum, Testimonij, & altare implens illud aqua. Lauertuntq; Moyses, & Aaron, & filij eius manus suas, & pedes, cum ingrederentur tectum Fœderis, & accederent altare. Erexit & atrium per cyrum Tabernaculi, & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Quod autem scriptum est, Moysen posuisse Testimonium in arca, declarat magis Deuteronomij x. inquit: Reuersusq; de monte descen-*

di, & posui tabulas in arcam, quam feceram, qua hucusq; ibi sunt, sicut praecepit mihi Dominus. Præter hæc fuit etiam IGNIS perpetuus à Deo cælitus ad incendenda Holocaustra demissus, de quo loquitur Levitici vj. & nos infra loco idoneo differemus: *Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto de super adolebit adipēs Pacificorum.* Cæterùm Tabernaculum Testimonij, & Arca fœderis, siue Testimonij, siue Testamenti dicta sunt, quòd in ijs tabulæ legis asseruarentur, in quibus continebatur Testimonium, Testamentum, Pactum, & Fœdus, quod percussisset cum eis Deus. ex quo fœdere populus Deo cultum exhibere, & Deus populum in tutelam acceptum tueri, præcipua cura debebat, Nam xix. Exodi dixit Deus: *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis.* Et Levitici xxvj. *Si in præceptis meis ambulaueritis, ponam tabernaculū meum in medio vestri, & non abiciet vos anima mea, ambulabo inter vos, et ero Deus vester, vosq; eritis populus meus.*

Hæc de Tabernaculo, arca, mensa, altaribus, & cæteris scripta reperiuntur in lege. repetuntur verò etiam à S. Paulo ix. ad Hebræos: *Tabernaculum factum est primum, in quo*

quo erant candelabra, & mensa. & propositio panum, que dicitur Sancta. post velamentum autem secundum Tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, aureum habens thuribulum et arcam Testamenti circumiectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virgam Aaron, que fronderat, & tabule Testamenti, superq; eam erant Cherubim glorie obumbrantis Propitiatorium. Declarat inde, vt hoc tabernaculum terrenum, & manufactum typus fuerit tabernaculi celestis, & non manufacti, quod introiit Christus, qui noui testamenti fuit mediator. Nam & legem Christi postea quoque Testamentum vocarunt, quod in eo ipse restatus sit, se bona cælestia, & perpetua legis sue cultoribus præbiturum. Declarantur etiam à S. Hieronymo epistola cxxviij. *Legimus in Exodo tabernaculum, mensam, candelabrum, altare, columnas, tentoria, coccum, byssum, hyacinthum, purpuram, ex auro, argento, ere, vasa diuersa, tabernaculum diuisum in tria, duodecim panes per singulas hebdomadas mensa impositos, in candelabro septem lucernas, altare hostijs, holocaustisq; expositum, crateras, siphos, thuribula, phialas, mortariola, paxillos, pelles rubras, pilos caprarum, & ligna inperibilia. Tanta, & talia offeruntur in Tabernaculo Dei, vt nullus desperet saluam.*

alius aurum sensuum, alius argentum eloquij, alius vocem artis exhibet. Totus mundus in tabernaculi describitur Sacramento. Primum, & secundum vestibulum omnibus patet. Aqua enim, & terra cunctis mortalibus data sunt. In Sanctis verò Sanctorum, quasi ad aethera, & in celum paucorum introitus & volatus est. Duodecim panes, duodecim mensium significant circum, septem lucerna, septem errantia astra demonstrant. Hæc isti: Refero me ad historiam.

Hoc igitur de quo dixi, Tabernaculum, quod ita constitutum erat, vt quemadmodum scriptum est quarto Numerorum, dissolui in partes, & rursus compingi, ac quocumque liberet, prinde atque Arca, deferri, posset, delatum est in terram Chananeam à Deo promissam, tum cum populus Iosue duce Iordanem exsiccatum traiecit, sacerdotibus, & Leuitis hæc ipsa suis humeris perferentibus, atque in castris, quæ in Galgalis sita fuerant, posita sunt. quo eodem tempore vrbs Hiericuntis, Leuitis arcam circum iuuros ferentibus, micenis procederunt Iosue (ij) & v. It. de victoria parva vtraque perlata sunt in Silo opp. dum tribus Efraim, vnde erat dux Iosue sic enim octauo decimo est proditum. *Congregati sunt omnes filij Israhel in Silo, ibiq; fixerunt Tabernaculum*

Testimonij Itaque post ad ostium Tabernacu-
 li ibi positi sortitio, atque diuisio terræ per-
 fecta est: sic enim capite proximo: *Hæ sunt*
possessiones quæ sorte diuiserunt Eleazar sacer-
dos, & Josue, & principes familiarum, ac tri-
buum filiorum Israël in Silo coram Domino ad
ostium Tabernaculi Testimonij. Hoc autem fa-
 cto domus Dei, & sedes religionis in Silo est
 collocata, siquidem eo post ter in anno sa-
 crificiorum causa conuenire instituerunt,
 vt in locum, quem sibi Deus propterea de-
 legisset, prout in lege mandatum erat, Exo-
 di xxij. *Ter in anno apparebit omne masculi-*
num tuum in conspectu omnipotentis domini Dei
Israël. Cum enim tuleris gentes à facie tua, & di-
lataueris terminos tuos, nullus infidiabitur terra
tua ascendente te, & apparente in conspectu Do-
mini Dei tui ter in anno. Atque ita per omne
 imperium Iudicum manente Arca in Silo,
 eò quoque religionis causa populi conuen-
 tus est factus. Itaque xvij. in interregno,
 quod fuit inter Sampsonem, & Heli, scrip-
 tum est: *Mansit apud eos idolum Michæ omni*
tempore, quo fuit domus Dei in Silo & xx. Qui
surgentes venerunt in domum Dei, hoc est in Si-
lo, & sequenti Venerunt omnes ad domum Dei
in Silo. Et paulò post. *Ecce solemnitas Domi-*
ni est in Silo anniuersaria. Mox autem, cum
 Heli Pontifex iudicatum administraret in
 E 5 Israel,

Israel, & bellum cum Philistæis parum prosperè gereretur, placuit ad perterrefaciendos hostes arcam ipsam ex Silo in castra cōtra hostes adducere. proelio verò infelicissimè edito, arca in hostium potestatem concessit, & filij Heli ceciderunt. quo nuncio accepto Heli iam ætate confectus, mortuus corruit: vt refertur quartò primi Regum: *Affer annus ad nos, inquit, de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super Cherubim.* Inde addit: *Et commisso praelio arca D E I capta est, duo quoque filij Heli mortui sunt.* His actis Arca à Philistæis in oppidum suum Azotum delata est, & in templo Dagon constituta: quo factò simulachrum ipsum Dagon ad terram decidit, & Azotiorum populus magna à D E O plaga percussus mori cœpit. Quare ex Azoto ad Gethæos translata est. Verum & ipsis ea de re pestilentia pereuntibus ad Accaronenses traducta fuit. quibus etiam intereuntibus placitum est, post septem menses Arcam ad Israeritas remittere, atque ita nouo plaustro imposita duabus vaccis deuehenda commissa est. Vaccæ autem vitulorum, quos domi reliquerant, prorsus oblitæ nullo

Io impellente recta euntes vltro vsque ad fi-
 nes Philistæorum, & Iudæ peruenierunt. i-
 bi que à Iudæis Bethsamitis in holocaustum
 Deo oblatae sunt. pereuntes autem & ipsi
 Bethsamitæ eò, quòd Arcam Domini con-
 spexissent, miserunt nuncios Cariathiarim,
 ciues eius rogantes, vt Arcam reciperent,
 qui profecti eam ad se adduxerunt, & do-
 mum Aminadab in Gabas oppidum Ben-
 iamin intulerunt, & Eleazarum filium eius
 sanctificarunt, vt custodiret eam. v. vj. &
 vij. primi Regum. Inde Tabernaculum sine
 Arca, regnante Saule, delatum fuit in oppi-
 dum Nobe, tribus Benjamin, vbi erat Achi-
 melec pontifex. xxj. primi Regum. Post au-
 tem ætate Dauidis delatum fuit in Gabaon
 oppidum quoque Benjamin, vt primo pri-
 mi Paralip. *Tabernaculum foederis Domini e-
 rat in Gabaon, quod fecit Moyses in solitudine.*
 & xvj. *Dauid constituit Sadoc Sacerdotem,*
& fratres eius sacerdotes coram Tabernaculo
Domini in Excelso, quod erat in Gabaon,
vt offerrent holocausta Domino super altare
holocaustorum mane, & vesperè iux-
ta omnia, que scripta sunt in lege Domini,
quam precepit Israël: & xxj. Tabernaculum
Domini, quod fecerat Moyses in deserto, &
altare holocaustorum erat ea tempore in
Gabaon. Dauid inde rex arcam extulit è domo
Amina-

Aminadab, vt in Hierusalem, siue in Sion Ciuitatem suam adduceret, verū vbi vidit Ozan qui illam inter vehendum inclinantem sustinere conatus fuerat, repentina morte correptum, ea re percussus, reposuit eam in ædibus Obed, Edom Getthæi, postquam autem audiuit. Deum benedixisse Obed. & omnia bona eius, post tres menses nouo Tabernaculo factō adduxit eam ex ædibus eius in Ciuitatem suam cum ingenti omnium gratulatione, & plausu, & posuit in loco suo in medio Tabernaculi, quod ipse ei tetendit. Atque ita Tabernaculum, quod fecerat Moyses, mansit in Gabaon tempore Salomonis. sic enim scriptum est secundo primi Paralipomenon: *Salomon abiit in Excelsum Gabaon, vbi erat Tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyses. Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locum, quem praparaauerat ei. & vbi fixerat illi Tabernaculum, hoc est, in Hierusalem.* Neque huius Tabernaculi veteris post alia memoria in sacris litteris vsurpatur. Salomon inde perfectō templo, ac Sanctuario constituto. Arcam cum Tabernaculo Dauidis ex Ciuitate Dauid eò traiecit, & omnia vasa Sanctuarij, qua erant in Tabernaculo illo. siquidem scriptum est tertio Regum, & primo Paralipomenon: *Et intulerunt sacerdotes*

arcam fœderis Domini in locum suum in Oraculum templi in Sanctum Sanctorum subter alas Cherubin. Siquidem Cherubin expandebant alas super locum arce, & protegebant arcam, & vestes eius desuper. In Arca verò non erat aliud nisi tabule lapidee, quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus secundus cum filiis Israël, cum egrederentur de terra Ægypti. Fuit inde Arca cum tabernaculo Dauidis in templo, quoad templum à Baby lonijs est incensum, in qua rerum confusione IGNIS Perpetuus holocaustorum vna cum tabernaculo, & arca, & Altari incensu abscondita sunt. Res narratur à Iudæis Hierosolymitanis in epistola missa ad Ægyptios, Maccabæorum secundo: Cum in Persidem, inquit, ducerentur patres nostri, sacerdotes acceptum ignem de altari occultè absconderunt in valle, ubi erat puteus alius, & ficus, & in eo contutati sunt eum, ita ut omnibus esset ignotus locus, & post. Eodem tempore Hieremias propheta iussit tabernaculum & arcam diuino responso ad se sacro comitari secum, usque quo exiit in montem in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hereditatem, & veniens ibi Hieremias inuenit locum spelunca, & tabernaculū, et arcā, & altare incensu intulit illuc, & ostium obstruxit, & accesserunt quidam, qui sequebantur, ut notarent sibi locum, & non potuerunt in-

uenire. *Ut autem cognouit Hieremias, culpans illos dixit, quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat, & tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, & nubes erit, sicut & Moyfi manifestabatur.* Reuersi inde in patriam Iudæi, templum quidem secundum ædificauerunt, sed neque ignem, neque arcam, neque tabernaculum inuenerunt. De igne scriptum est in epistola Iudæorum, hoc modo: *Cum præterissent anni multi, & placuit Deo, ut mitteretur Neemias, qui sacerdotes nepotes illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem, & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam, & iussit, eos haurire, & afferre sibi, & sacrificia, qua imposita erant, iussit aspergi aqua ipsa, & ligna que erant superposita. Uig, hoc factum est, & tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus ita, ut omnes mirarentur. Consumptio autem sacrificio, ex residua aqua Neemias iussit lapides maiores perfundi. Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est, sed & ex lumine, quod refulsit ab altari, consumpta est. Talmudici verò asserunt, neque Arcam, neque Tabernaculum inuenta esse, verum pro ijs in Sanctuario lapidem positum esse tres digitos è terra eminentem, ac supra thuribulum habentem. Reliqua verò*

uete-

vetera Tabernaculi ornamenta, altaria, mē-
sæ, instrumenta resecta. vt res tulit, vsque
ad extrema Templi tempora remanse-
runt.

De Excelsis. CAP. IIII.

TABERNACULO exposito Excel-
sis sequuntur. Hi verò colles alti fue-
runt, in quibus contra legem Dei, sed tamē
patiente Deo, sub frondosis arboribus sacri-
ficarunt. Ac primum quidem Deuterono-
mij xij Deus ea prohibuit his verbis: *Sub-
uertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes,
quas possessuri estis, deos suos super montes excel-
sos, & colles, & subter omne lignum frondosum.
Dissipate aras earum, & confringite stellas, li-
cos igne comburite, & idola comminuite, disper-
dite omnia nomina eorum de locis illis. non facio-
tis ita Domino Deo vestro.* Deinde verò Iudi-
cum tempore ad ea sacrificari permisit.
Hoc verò primus fecit Gedeon sub quer-
cu, sexto Iudicum: *Tulit, inquit, omnia sub
querca, & obtulit Deo.* De hoc verò instituto
sic S Augustinus in librum Iudicum: *Deus
consuetudinem populi sui, qua præter eius taber-
naculum, tamen non diis alienis offerebant, sed
Domino DEO suo, sustinebat potius, quàm
vetabat, etiam sic exaudiens offerentes.* Inde
ea consuetudo ad tempora Regum perue-
nit, nondum cōdito templo, vt nono primi
reg.

Regum regnante Saule: *Hodie venit in ciuitatem quia Sacrificium est hodie populo in Excelsum* & secundo primi Paralipom. Salomon abiit in Excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyses in solitudine. & tertio tertij Regum: *Attamen, populus immolabat in Excelsis, non enim adificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum. Dilexit autem Salomon Dominum, excepto, quod in Excelsis immolabat, & accendebat thymiama. abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi. illud quippe erat Excelsum maximum.* Templo inde constructo non tamen Excelsa deleruerunt. Nam Hieroboam rex Israel defectione à Deo facta, fana in Excelsis fecit. atque exemplo eius reliqui reges Israel Deos alienos in Excelsis coluerunt, vnde scriptum est septimo decimo quarti Regū: *Edificauerunt sibi Excelsa in cunctis urbibus suis, feceruntq; statuas, & lucos in omni colle sublimi subit. & omne lignum nemorosum, & adolebant ibi incensum super aras in morem gentium, quas sustulerat Dominus à facie eorum.* Quare Deus permisit, Osee Regem cum omni populo à Salmanassare rege Assyriorū captiuum in Assyriam duci, regnumq; eorū deleri. Eodem verò modo neque Roboam rex Iudæ priscam Dei religionem integram conseruauit: liquidem eo permittē-

te Iu.

te Iudæi edificauerunt sibi aras, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam. Neque ea posteri eius reges Afa, aut Iosaphat, licet pietate prestantes, sustulerunt. siquidem scriptum est xij. tertij Regum. *Fecit Iosaphat rectum, quod erat in conspectu Domini, veruntamen Excelsa non abstulit. adhuc enim populus sacrificabat, et adolebat incensum in Excelsis.* Inde Amasias, Azarias, & Achaz reges pariter Excelsa seruauerunt. nam de Achaz legitur *Immolabat vitimas, & adolebat incensum in Excelsis, & in collibus sub omni ligno frondoso.* Hęc deinde Ezechias rex dissipauit ille quidem, sed filius eius Manasses restituit. de quo ita proditum est: *Edificauit Excelsa, quae dissipauerat Ezechias pater eius, & erexit aras Baal, & fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israël.* Tandem Iosias subsequutus omnem eiusmodi Excelsorum consuetudinem aboleuit. sic enim de illo refertur secundo Paralipomenon xxiiij. *Mundauit Iudam, & Hierusalem ab excelsis, & lucis, simulacrisq; & sculptilibus.* & vigesimo tertio quarti Regum: *Deleuit aruspices, quos posuerant Reges Iudae ad sacrificandum in Excelsis per ciuitates Iudae, & contaminauit Excelsa, ubi sacrificabant. Sacerdotes de Gabaa vsque Bersabee. veruntamen non ascendebant, sacerdotes Excelsorum ad alta*

re Domini in Hierusalem, sed tantum comedebant Azyma in m. d. fratrum suorum. Excelsa quoque, quae erant in Hierusalem, quae edificauerat Salomon Rex Idolis, polluit. Insuper & Altare, quod erat in Bethel, & Excelsium, quod fecerat in Hieroboam, & altare illud excelsum destruxit, atque combussit, succendiq; etiam lucum, in super omnia fana Excelsorum, quae erant in ciuitatibus Samaria, quae fecerant Reges Israël ad irritandum Dominum, abstulit. Itaq; S. August. de Iosia loquens sic dixit: Notantur reges, qui inter opera laudabilia sua non destruxerunt Excelsa, ubi contra legem DEI populus sacrificare consueuerat: & qui destruxit, maiore predicatione laudatur. Atque hic quidem Excelsorum exitus fuit.

De Templo Hierosolymitano. CAP. V.

POST Tabernaculum Templum constructum est. Hoc verò sibi ut fieret, à principio Deus præmonuit, Deuteronomij xij. Non sacrificabitis Domino Deo vestro super excelsos colles, sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis, & offeretis in illo loco holocausta, & victimas vestras, decimas, & primitias manuum vestrarum. & post: Cane ne offeras holocausta

tua in omni loco quem uideris, sed in eo quem elegit Dominus in una tribuum tuarum, offeres hostias, & facies quaecunque precipio tibi.

Dauid inde rex, antequam regnum filio Salomoni permitteret, hostibus omnibus circumquaque deuictis, & pace toto Imperio parta, de templo demum Deo ædificando consilium cepit, idque cum Nathan Propheeta communicauit, turpe esse asserens, se in domo Cedrina habitare, Arcam uero Dei in medio pellium positam esse. Quod consilium cum Nathan approbasset, tamen reuersus ad eum mandato Dei monuit, ne faceret. nam id decus esse à Deo Salomoni illius filio reseruatam. Verba uero Dauid sunt xxviij. primi Paralipom. *Audite me fratres mei. Cogitauit, ut edificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri, et ad edificandam omnia pręparauit. Deus autem dixit mihi: Non edificabis domum nomini meo, eò quod sis uir bellator, & sanguinem fuderis. sed elegit Dominus Deus Israël me de uniuersa domo patris mei, ut essem rex supra Israël in sempiternum. & post: Salomon filius edificabit domum meam. ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in pater. & vij. secundi Regum: Hęc dicit Dominus: Nunquid tu edificabis mihi domum ad habitandam? neque enim mansi in domo, ex qua*

eduxi Israël de terra Egypti usque ad diem hanc, sed fui semper mutans loca tabernaculi, et in tentorio manens cum omni Israël. Item: Cum autem completi fuerint dies tui, suscitabo semen tuum post te, & firmabo regnum eius, ipse edificabit domum nomini meo. Inde David, ut à pestilentia liberaretur, emit arcam in monte Sion nomine Moria ab Arcuna Iebusæo ex monitu Prophetæ Gad, atque ibi altare extruxit, & obtulit Holocausta, & Pacifica, & Deum propitiavit. Post autem comparatis omnibus, ad templum edificandum impensis, ante mortem Salomoni filio accito dixit: Fili mi, voluntas mea fuit, ut edificarem domum nomini Dei mei, sed factus est sermo Domini ad me, dicens, Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris edificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus, faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, & ob hanc causam Pacificus vocabitur, & pacem, & ocium dabo in Israël cunctis diebus eius: ipse edificabit domum nomini meo. Nunc ergo fili mi edifica domum Domino tuo. Præcepit quoque cunctis principibus Israel, ut adiuvarent eum, quem Regem constituit. Hæc fermè tertio Regum, & primo Paralipom. Salomon inde anno regni sui quarto templum

plum inchoavit in monte Moria, id est, in altero colle montis Sion, qui demonstratus fuerat patri eius in loco, quem parauerat in area Areunæ lebusæi. consummavit autem opus spatio septem annorum. Forma, amplitudo, & magnificentia, qua omnia ædificia superavit, refertur vtroque in libro, multis verbis, quæ propter longitudinem huc transferre, non videtur operæ precium. Additur inde, postquam de templi constructione peroratum est, de ornamentis, & instrumentis eius, qualia Tabernaculi fuerunt, libro iij. Regum, cap. vij. hoc modo: *Præterea fecit Salomon Oraculum in medio domus in interiore parte, ut poneret ibi arcam Fœderis Domini, fecit etiam porticum ante templum, & omnia vasa, altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes Propositionis, auream, & candelabra aurea quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra oraculum ex auro puro, & quasi lily flores, & lucernas desuper aureas, & forcipes aureos, & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo. Et cardines ostiorum domus interioris Sancti Sanctorum, & ostiorum domus Templi ex auro erant. & intulit que sanctificauerat David pater suus argentum, & aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini. Item primo Paralip.*

lip. tertio, & quarto: *Et cum domum Sædli Sanctorum & in ea Cherubim duos, & Velum ex hyacintho, purpura, cocco, & hyssopo & intexuit ei Cherubin, & altare æneum, & mare fusile, conchas decem, candelabra aurea decem, mensas decem, phialas aureas centum, omnia vasa domus DEI, & altare aureum, & mensas, & super eas panes Propositionis, candelabra cum lucernis, iuris, thymacria, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. His actis inde narratur, vt Tabernaculum Davidis cum Arca Moysis in Sanctum Sanctorum Templi magna cum pompa translata sunt. Sic enim in Regibus: *Venerunt inde cuncti senes de Israël, & tulerunt Arcam Sacerdotes, & portauerunt Arcam Domini de Ciuitate David, id est, de Sion, & Tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarij, que erant in Tabernaculo, & inulerunt Sacerdotes Arcam fœderis Domini in oculum suum in Oculum Templi in Sanctum Sanctorum subter alas Cherubin. Siquidem Cherubin expandebant alas super locum Arce, & protegebant Arcam, & vestes eius desuper. In Arca vero non erat nisi tabule lapidee, quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israël, cum egredierentur de terra Ægypti. Quibus rebus per-**

perfectis rex populo benedixit, & preces ad Deum super Templum fudit. quæ propter longitudinem omittuntur, ac factio sacrificio Templum dedicauit, ac medium atrij sanctificauit, quod erat ante Templum. Quippe fecit Holocaustum ibi, & Sacrificium, & adipem Pacificorum, quoniam altare erant, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & Sacrificium, & adipem Pacificorum. Inde apparuit ei Dominus dicens: Exaudiui orationem tuam. Sanctificauit domum hanc, quam edificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in equitate, & feceris omnia quæ precepi tibi, ponam regnum tuum regni Israël in sempiternum. Si autem auersione auerſi fueritis vos, & filij ueſtri non ſequentes me, ſed colueritis Deos alienos, auferam Israël de ſuperficie terra, quam dedi, & templum, quod ſanctificauis nomini meo, proiciam à conſpectu meo. Adijcitur etiam illud, Salomonem inde ter quotannis obtuliſſe Holocausta, & Pacificas victimas ſuper altare, quod ædificauerat Domino, & adoleuille Thyriamata coram Domino. ſignificat autem Paſcha, Pentecoſten, & Tabernacula, vt poſt docebimus.

Mortuo Salomone, Hieroboam filius Nabat ex tribu Effraim, traductis ad se decē tribubus regnum contra Roboam filium eius inuasit, quod Israel appellauit, & ne populus suus desiderio Templi Hierosolymitani captus à se aliquando deficeret, ipse à Deo defecit, cunctoq; populo ab auita Dei religione ad Idolorum cultum auerso, duos vitulos, vt duodecimo tertij Regum narratur, consecrauit, vnum in Bethel, alterum in Dan, atque altare ibi erexit. Quem sequuti reliqui deinceps reges Israel certatim in eadem impietate manserunt. Quare Deus permisit, Osee regem captiuum cum omni populo à Salmanassare rege Assyriorum abduci.

Eadem ratione Reges Iudæ Templum nõ omni, quædeuit, sanctitate habuerunt. Quin etiam Athalia, siue Gotholia regina, studio impietatis ipsum corrupit. Quod vt successor eius Ioas nepos cognouit à Ioaida Pontifice in Dei pietate educatus, ipsum instaurari præcepit: atque ita exacta à Iudeis legitima pecunia, atque ei rei gazophylacio, de quo postea dicemus, instituto refecit. vt in Regibus, & Paralipomenis scriptum est. Inde res eò vecordix processit, vt sacris ritibus templi neglectis, Achaz Rex ipsum etiam Templum, & vasa eius polluerit.

Qua-

Quare Ezechias post ad populum ita dixit: *Patres vestri auertere facies suas à tabernaculo Domini, clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxere lucernas, incensumq; non adolere, & holocaustum non obtulere in Sanctuario Deo Israël.* Atque his dictis mandauit, *ut mûdarent templum, & vasa eius, quæ rex Achaz polluerat.* Successit inde Iosias, qui Templû iterum instaurauit. Sic enim narratur de illo in Regibus: *Præpositi domus Domini distribuunt pecuniam exactam ijs, qui operantur in templo Domini ad instauranda facta iecta templi.* Non multis verò post annis Iudæi urbe, temploque à Nabucdonosore incensis in Babyloniam abierunt, manseruntque, *vt inquit Osee cap. ij. sine sacrificio, sine altari, sine ephod, & sine theraphim per annos lxx. Quibus exactis, ipsis permissu Cyri regis Persarum in solum patriam restitutis, Iosue Pontifex, & Zorobabel Princeps erexerunt altare in solo Hierusalem, vt offerrent Holocausta.* Inde noui Templi fundamenta iecerunt. Verum mox à Samaritis hostibus impediti opus intermittere, Cambysis regis iussu coacti sunt. Itaque vix post annos quadraginta sex rege Dario Hystaspis filio concedente consummauerunt, ac dedicauerunt, *vt Esdræ quarto, quinto, & sexto narratur.* Hoc verò Templum secundum

multis verbis ab Ezechiele descriptum, multis rebus primo inferius fuisse à Talmudicis dicitur. primum enim diuina præsentia caruit, quæ ad Propitiatorium responsa, vt suo loco dicitur, edebat, deinde Spiritu sancto, qui Prophetas afflare desinit, cum vltimus Malachias sub Dario fuerit, tertio igne sacro, qui in aquam concretus inuentus est, quartò lapidibus, qui in Rationali pontificis erant, quorum conspectu sacerdotes occulta intelligebant, quintò Arca, & Propitiatorio, & duobus Cherubin Arcæ hærentibus, quæ inuenta fuisse, illi negant, vt supra diximus. Post aliquot inde annos re Iudæorum ab Aegyptijs regibus ad Syros traducta, Antiochus Epiphanes rex Syriæ Hierosolymam ex Aegypto accitus à Tobixæ filijs, quos per seditionem Onias Pontifex vrbe deiecerat, venit, & *intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam Proposutionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat, & commisit omnia, ac biennio post reuersus adificauit abominandum idolum desolationis super altare Dei, id est, vt tradit Iosephus, ipsum Ioui Olympio dedicauit, atque, Onia pontifi-*

ce interfecto, Alcimum Pontificem ex non pontificali genere fecit. Maccabæorum primo primo. Verum biennio post Iudas Assamoneus cognomine Maccabæus Princeps Iudæorum exortus vrbe recepta ipsum Tēplum mundavit, atque omnia in antiquum statum redegit, ipsa Abominatione sublata. Siquidem, ut tibi scriptum est, cum pulsis hostibus dixisset: *Ecce nunc contriunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare Sancta, & dedicare, ascenderunt in montem Sion, & viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas. Tunc ordinavit Iudas viros, ut pugnarent adversus eos, qui erant in arce, donec emundarent Sancta, & eligi sacerdores sine macula voluntatem habentes in lege Dei, & mundaverunt Sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum, & destruxit altare holocaustorum, quod profanatum erat, ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminaverant illud gentes. & reposerunt lapides in monte domus in loco apertissimo, quoad usque venisset propheta & responderet de eis. & acceperunt lapides integros secundum legem, & edificaverunt altare novum secundum illud, quod fuit prius, & edificaverunt Sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus, & adem, & atria sanctificaverunt. Et jecerunt vasa sancta nova, & intraverunt*

runt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum, & incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo, & posuerunt super mensam Panes, & appenderunt vela, & consummauerunt omnia opera, quæ fecerant, & ante matutinum surrexerunt quinta, & vicesima die mensis Casleu, mensis noui, & obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum. quod fecerunt secundum tempus et secundum diem, in qua contaminauerant illud gentes, in ipsa dedicatum est in Canticis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt Holocausta cum letitia, & sacrificium Salutaris ac Laudis. Et statuit Iudas & fratres eius, & uniuersa Ecclesia Irael, ut agatur dies Dedicationis altaris, in temporibus suis ab anno in annum per dies octo à quinta, & vicesima die mensis Casleu cum letitia. Et edificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas. ne quando venirent gentes & conculcarent eum, sicut antea fuerat, & collocauit illic exercitum, ut seruarent. Postremò Herodes rex templum reedificare, atque altius excitare cupiens, ad Iudæos locutus, sui consilij sic rationem explicuit: Nostis, templum hoc à patribus nostris edificatum, cum è Babylonia reuerissent, & quia desunt ei ad altitudi-

nem cubiti sexaginta, ad instar illius, quod Salomon construxerat, nemo negligentiam pietatis nostrorum parentum accuset, quia non culpa illorum factum est breuius templum. Sed Cyrus, & Darius Hystaspis filius, huiusmodi mensuram edificationis fieri praeceperunt. Quibus illi seruietes, vel successoribus eorum, & post illos Macedonibus, non habuerunt aptum tempus, quo ad eiusdem antiqui formam istius mensuram perducerent. Inde addidit; se velle inchoatum opus corrigere, & integrum Deo præbere. Itaque paratis rebus omnibus ad tantum opus necessarijs, Templo disturbato in iisdem fundamentis noua imposuit & super ea templum excitauit, longitudine centum cubitorum, latitudine totidem, altitudine centum viginti. Ostendit inde Iosephus huius historiarum auctor libro Antiquitatum vij. magnificentiâ huius operis multis verbis, post alio loco situm cum turri munita his: *Collis erat saxosus paullum erectus à parte Orientali Ciuitatis, prorsus super arcem, quam dudum Rex Salomon per Dei prouidentiam magnis operibus muro circundederat ab inferioribus incipiens, quem vallis altissima circumdabat à latere Aquilonis turris alta, quam ante Herodem Reges Assamones construxerant, & Barin nominarant, ut illic sacerdotalem stulam deponerent, qua cum*

opus

opus esset, ut sacrificaret, pontifex induebatur. Hanc verò Herodes seruauit, quo mortuo sub Romanis fuit usque ad tempora Tiberij Caesaris. ea enim à Tiberio reddita est instante Vuelio Syria proconsule, cum Hierosolymam profectus benignè à populo esset susceptus. Eam verò turrim Herodes muniens ad templi custodiam in gratiam M. Antonij Triumuirii amici sui Antoniam appellauit. Ex aduerso templi ipsa vrbs in modum theatri stabat circumdata valle altissima, per omnem australem tractû. Hæc uero anno, & quinque mensibus ab Herode perfecta sunt anno regni eius octauo decimo, dedicatio templi ipso regis die natali magna letizia celebrata est. Hæc Iosephus libro xv. Sûnt autem, qui templum ab Herode non reffectum, sed auctum, uere conseruato, putent, atque à Iosepho ipso falsa relata esse; quia Iudæi post excessum Herodis, cum audissent Iesum dicentem: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus ego suscitabo illud*, responderunt: *Quadraginta sex annis edificatum est templum*, nunquam ita dicturos asserentes, si verum fuisset, templum illud intra biennium ab Herode constructum, nam ea uerba conuenire Templo, quod Zorobabel sub Cyro inchoauerat, & sexto anno Darij post annos sex, & quadraginta absoluerat. Quorum opinionem ego non approbo. neque enim

tantę temeritatis hominem esse puto, qui ea scribat de re præsertim insigni, quæ multorum etiam viuentium redargui testimonijs possit, neque enim Iosephus longe ab Imperio Augusti Cæsaris abfuit, sub quo templum Herodes ædificauit, aut Tiberij, sub quo Iudæi hæc dixerunt. Verum Iudæi, cum redarguere Christum uellent, & scirēt, Templum primum à Salomone conditum spatio septem annorum, secundum à Zorobabele quadraginta sex, tertium ab Herode vnus anni, & paulò amplius, neque primum, neq, tertium nominarunt, vt ea, quæ parum causæ suæ fauerent, sed secundū, multò enim longius absunt tres dies à quadraginta sex annis, quàm ab vno. In morte inde Christi velum Templi scissum est à summo ad imum. Caligula inde Imp. synagogas Iudæorum ad sui ipsius cultum traduxit, & suis statuis exornauit, ac Templum ad eam vsque diem inuiolatū suo nomini dedicauit. ex quo apparuit, vocem, quā Iudæi temerè corā Pilato effuderant, cum se neminem regem habere, nisi Cæsarem, dicerent, meritò in illorū iā capita recidisse, vt scribit Iosephus. Ad extremum Vespasiano Imperante suborto ex defectione bello Titus Cæsar, vrbe expugnata, siue inuitus, siue volēs hoc
Tem-

Templum incendit eodem die, quo à Baby lonijs olim fuerat inflammatum. Quam cladem pluribus verbis Iosephus memoriæ prodidit. Hadrianus inde Imp. Iudæos rursus rebellantes subegit, ac captam urbem solo æquavit, ac reliquias Templi igne deleuit. Tumque demum Iesu Christi vox diuina completa, qua dixit, fore, vt Hierosolymis lapis super lapidem non remaneret. Hadrianus autem Templum Domini ad tollendam religionem terra obruit, ac Templum aliud Veneri dedicauit. vt Eusebius scripsit. Quare S. Paulinus ad Seuerum scripsit: *Vbi sacra natus Saluatoris infantia vagierat, illic Veneris lamenta fingentium lasciuis luctibus infamis ritus ululabat.* & Seuerus in Historia. *Hadrianus existimans, se Christianam fidem loci iniuria perempturum, in Templo, ac loco Dominica passionis demonum simulachra constituit.* Hoc autem Idolium Daniel ca. ix. vocauit Abominationem desolationis, cum dixit: *Et erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio.* neque enim hæc verba in desolationem Epiphaniis conueniunt.

De Templo Samaria. CAP. VI.

ALterum templum fuit in Samaria. Quippe Manasses frater Iaddi pontificis, cum

vxorem alienigenam legibus dimittere cogere-
retur, ad socerum suum Sanabalat Darij
Persarum Regis præfectum confugit, atque
ab illo auxilium imploravit. Sanabalat au-
tem, ne genero summæ nobilitatis viro spo-
liaretur, suavit, vt à Iudæis deficeret, ac mox
permissu Alexandri Magei, victoris tem-
plum in Samaria in monte Garizin altissi-
mo condidit. atque ibi Manassem pontifi-
cem collocavit inter Samaritas, qui, vt dixi,
homines ex Assyria profecti fuerant, ac le-
gem Dei ita receperant, vt tamen veterem
idolorum cultum non desituerent, ac pro-
pterea Iudæis infensi essent, quod Templū
Transgressorum est appellatum. Hinc exar-
sit inter eos de loco adorandi Dei certamen
atque contentio. Cum enim in lege tradi-
tum esset, vt vno tantum in loco Deus cole-
retur, quem ille elegisset, ac primum Silo in
tribu & mōte Efraim delegisset, deinde illa
reprobata Hierusalem in tribu Iuda, & mō-
te Sion asciuisset, Samaritæ, qui montem E-
fraim obtinebant, sibi eam laudem vindica-
bant. quòd in Silo primum inuocatum esset
nomen Domini, Iudæi verò contra ad se id
decus trahebant, quòd postea Sionem Deus
ipsi Silo præposuisset, vt David scripserat,
quem ipsi non accipiebant. neque enim nisi
quinque libros Moyfis approbabant. Qua

de re cū aliquando disceptaretur corā Pto-
lemæo Philometore rege, ille pro-Iudæis
pronunciauit, vt Iosephus I bro xiiij. scrip-
tum reliquit. Hoc verò Templum post An-
tiochus Epiphanes, cum in Iudæam infe-
stus venisset, Ioui Hospitali, ipsis Samaritis
non repugnantibus, conf. crauit. Ad extre-
mum autem Ioannes Hyrcanus rex Iudæo-
rum, cum Samariam Iudæorum imperio
subiecisset, Templum hoc funditus euertit
post annos ducentos, quàm fuerat condi-
tum, teste eodem in loco Iosepho. Veterem
inde quæstionem post aliquot annos tetigit
Samaritana mulier loquens cum Christo
Iudæo vt est apud S. Ioannem cap. iij. *Pa-
tres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos di-
citis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare o-
portet. cui respondit Christus: Veniet hora, quan-
do neque in monte hoc, neq; in Hierosolymis ado-
rabitur patrem.*

De Templo Aegypcio. CAP. VII.

Tertium Templum Iudæorum condi-
tum est in Aegypto ab Onia. Etenim
ætate Antiochi Epiphanis, seditione Hiero-
solymis orta, Onias Oniæ pontificis filius,
eius, quem Epiphanes interfecerat, vrbe pro-
fugus ad Ptolemæum Aegypti regem, & ipsi-
us Epiphanis hostem se contulit, atque acce-
pto

pto ab eo in Heliopolitana præfectura solo
 ibi oppidum Hierosolymis simile condi-
 dit, Templumque ædificauit: ibique ponti-
 fex inter eos Iudæos, qui seditione vrbe pul-
 si in Aegyptum concesserant præfuit. Quo
 verò tempore, Titus Cæsar templum Hie-
 rosolymis inflammauit, eodem hoc à Pau-
 lino proconsule Aegypti claudi est iussum,
 ita vt vestigium diuini cultus in eo nullum
 remaneret, post trecentos triginta annos,
 quam fuerat constitutum, vt Iosephus lib.
 Belli vij. prodidit. Extat epistola Iudæo-
 rum Hierosolymitanorum ad Iudæos Ae-
 gyptios, perentium, vt festum dedicationis
 Templi iniagerent, quemadmodum alia ce-
 lebrarent, libro secundo Maccab capite pri-
 mo, quam in manus sumere, non erit in-
 utile.

De Sinagogis. CAP. VIII.

HAtenus de Templo, siue de Templis
 sit dictum, sequitur, vt de Synagogis a-
 gamus: et si enim hæc non templa fuerunt, ta-
 men aliquid templo simile habuerunt. O-
 rigo autem synagogarum non fuit vetusta.
 neq; enim in historia Iudicum, aut Regum
 vlla eorum memoria celebratur. Ego verò,
 si quid in eiusmodi antiquitate concipien-
 da coniecturæ est concedendū, eas in Baby-

Ionico exilio primum constructas putarint, ut qui Templo carerent, in quo aut orarent, aut docerent, locum aliquem similem Templo haberent, in quem eiusmodi officij gratia conuenirent, atque hoc idem fecisse reliquos dispersionis Iudæos in Asia, Aegypto, & Europa censuerim. Itaque in prouincijs, ubi Templum non fuit, frequentissima fuit synagogarum cōsuetudo. Postquam aut Iudæi ex Babylonia redierunt, ac Templū in vrbe Hierosolymorū restituerunt, simul etiā institutū iam synagogarum vsum retinuerunt, ut Iudæi Hierosolymitani in Templo legem audirent, prouinciales verò cum ad urbem veniebant in Synagogis. In commentarijs certè Hebræorum scriptum est, vltimis temporibus in vrbe Hierosolyma quadringentas octoginta synagogas constitutas fuisse, quòd Iudæi eò ex omnibus regionibus conuenirent. Erant ergò Hierosolymis synagogæ peregrinorum, templum ciuium in reliqua verò Iudæa, & Galilæa, & in ceteris prouincijs, in quibus Iudæi post dispersionem versabantur, erant ipsorum etiam incolarum, quibus Hierosolyma adire, non erat commodum. De Hierosolymitana vna synagoga nentio fit, præcipue A. Etium cap. vj. *Surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellatur Liberianorum, & Cyrenensium,*

mensum, & Alexandrinorum, ac eorum, qui erant à Cilicia, & Asia disputantes cum Stephano. Hi enim omnes erant Iudæi, verum in prouincijs habitantes, qui cum Hierosoly-
 ma negotiorum suorum caussa adibant, nõ ad Templum, sed ad synagogam, quam ipsi sibi parauerant, conuenire instituerant. Item apud Ioannem xvij. *Ego semper d. cui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt.* De ceteris cap. Actuum xv. *Moyjes à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui cum predicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur.* Moysem autem intelligit libros eius, & ix. *Paulus petijt à Pontifice epistolæ in Damascum ad synagogas, ut si quos inuenisset huius sectæ viros, ac mulieres unctos, perduceret in Hierusalem.* De synagogis Galilææ quas Christus & Asiæ, quas S. Paulus adiuit, multa in Euangelijs, & Actis testimonia extant, quæ postea referentur, ubi de Scribis agetur. Hæ verò synagoge aliquãdo priuatis hominibus, & quidem etiam gentilibus. pij officij caussa construebantur, vt illa vij. Lucæ in Capnarnao à Centurione Romano, sic enim dixerunt Iudæi *Dignus est, ut sanes illi seruum, diligit enim gentem nostram, & synagogam edificauit ipse nobis.* Vt autem in templo sacerdotes, & pontifex principatum gerebant, sic in synagogis scribæ, & eo-

rum princeps is, qui synagogæ princeps, si-
 ue archi synagogus dicebatur, & probri loco
 maximi ducebatur, si quis synagogæ, id est
 cœtus illius, qui ad audiendum cōueniebat,
 expertus factus fuisset. Vnde scriptum est a-
 pud S. Ioannem ix. *Conspirauerunt Iudæi, ut*
si quis confiteretur, eum esse Christum extra sy-
nagogam fieret. & x j Ex principibus multi cre-
did. runt in eum, sed propter Pharisæos non con-
fitebântur, ut è synagoga nō eijcerentur. Quin eti-
 am in ijsdem locis Scribæ ambitionis caussa
 primas cathedras affectarunt, quod Chri-
 stus eis obiecit, cum præcipuam illorum cō-
 tude e superbiam vellet. Sed de officio scri-
 barū in synagogis, post suo loco pluribus,
 vbi etiam alia de synagogis adijciuntur. nūc
 cum hæc de synagogis dicere voluimus, ut
 eis dicere nunc aliquid à templo esse, ostende-
 remus. uisus rei argumentum est, quòd eadē
 euerfo etiam templo, in hunc usque diem
 seruata sunt, vnde Ecclesiæ Christianorum
 opposita est Synagoga Iudæorum.

CAR. O.

DE REPVB- LICA HEBRAEORVM

LIBER TERTIVS.

Qui de diebus sacris inscribitur,

De Annis Hebraicis. CAP. I.



Voniam de locis sacris diximus, deinceps sequitur, vt de dieb⁹ prout proposueramus, agamus. Quæ disputatio quò aptius explicetur, prius de tota ratione Hebraicorum annorum, ac mēsum differetur. Hebræi igitur, vt satis inter interpretes constat, annū habuerunt lunarem ex mensibus duodecim, & diebus trecentis quinquaginta quatuor, cōstitutum; eum verò duplicem, vnum, quem naturalem, & vulgarem, alterum, quem civilem, & sacrum appellauerunt. Naturalis ab initio mūdi sub æquinoctium autumnale est institutus, quo tempore ipsi etiam mundum à Deo creatum existimarunt. Civilis ante egressum Hebræoru^m ex Aegypto sub æquinoctium vernum à Deo præscriptus est, ille post conditos fractus, hic ante inchoatā messem. Vt

autem lunaris annus fieret solaris, id est, spacio, quo sol Zodiaco circumuoluitur, finiretur, qui cursum suum diebus trecentis sexaginta quinque, ac quadrante absoluit, opus intercalatione vndecim dierum, & quadrantis, qui supererant, fuit.

Ceterum numerus duodecim mensium confirmatur tertio quarti Regum: *Hebebat Salomon duodecim presectos super omnem Israël, qui praebebant annonam regi. Et domus eius, per singulos enim menses in anno singulis necessario ministrabant, & iiii Danielis: Post finem duodecim mensium in aula Babylonis deambulabat & iij. Esther: Mense primo cuius vocabulum est Nisan, missa est fors in urnam. Et exiit mensis duodecimus qui vocatur Adar.*

De anno verò naturali incipiente à mense Septemabri docet Cap. xxij. Exodi: *Costodis solemnitatem in exiit anno, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro & xxxij. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primis frugum messis tuae triticeae, & solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.* Adde, quòd annus septimus, & annus quinquagesimus ordiebatur à septimo mense, vt postea demonstrabitur, tanquam ab eo, vnde vetus, & naturalis annus exordium sumeret. Quin etiam Chaldaeus Paraphrastes locum ex viij. tertij Regum ita expressit:

pressit: *Conuenerunt ad Salomonem in mense Fortium festo die, quem vocabant olim primum mensem, at nunc est septimus.* Iosephus autem libro Antiq. primo tradidit, diluuium Noe cœpisse secundo mense anni, qui à Macedonibus vocatur Dios, ab Hebræis Mareshuan, qui respondet apud Romanos Octobri.

De institutione verò sacri anni sic præcepit Deus in Aegypto cap. xij. Exodi: *Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni.* Eum verò mensē post vocauit Cap. xxxiiij. *mensē nouarum frugum, & xxxiiij. mensē verni temporis.* Quare omnium consensu putatur fuisse idem, atque Martius.

De intercalatione non extat præceptum in lege vllum, verùm interpretes asserunt, eam necessariam fuisse, vt conseruaretur ratio mensium, qui à noua semper luna exorsunt, & Paschæ, quam quarta decima die primi mensis celebrari oportuit paullò ante messem, & Tabernaculorum, quæ perfecta vindemia celebrari Deus præcepit. Eos verò dies Iudæi interposuerunt secundo, & quarto quoque anno post mensē duodecimum, qui dicitur Adar. Itaque eum mensē tertium decimum vocant Veadar, quasi alterum Adar, dierum viginti duorum,

& viginti trium, vicibus alternatis, habitatione quadrantis.

De Mensibus. CAP. II.

Menses porrò singulos instituerunt à noua luna. eos verò ante exilium Babyloniam nominarunt à numero, prout quisque primus erat. aut secundus, aut tertius vsq; ad duodecimū. Post reditū aut ex Babylonia his fermè, vt aiūt interpretes, ornati sunt nominibus Nisan, Zius, siue Iar, Sivan, Tamuz, Ab, Elul, Ethanim, siue Tisri, Bul, siue Mareshuā, Casleu, Thebet, Sebat, Adar, qui respōdent Martio, Aprili, Maio, Iunio, Iulio, Augusto, Septēbri, Octobri, Nouembri, Decembri, Ianuario, & Februario. Ex his autem alij xxx. dies alternatim habuerunt. alij xxix. vnde illi pleni, hi caui vocati sunt. Qua ratione cccliiij. dies emerferunt. Prioris appellationis testimonio est caput Exodi xl *Mense primo quartadecima die mensis ad vesperam Phase Domini est. & Numer. ix. Faciat Phase Domino in mense secundo quartadecima die mensis ad vesperam & primi Paralip xxvij. Prima turma in primo mense Ioshoan praeerat. Secundi mensis habebat turmam Dudai. Dux turmae tertiae in mense tertio erat Baraias. Quartus mense quarto Azabeh, Quintus mense quinto Samaach, Sextus mē*

se sexto *Hira*. atque ita deinceps vsq; ad duodecimum.

De nominibus alijs postea mensibus inditis docet quintum tertij *Eldræ*: *In secundo anno regni ipsius mense Nysan primo*. tertium *Ester*. *Mense primo cuius vocabulum est Nisan*. *Baruc primum*: *Decima die mensis Sivan*. *Sextum secundi Eldræ*: *Vicesimo die mensis Elul*. *Zachariæ vij*. *In quarta mensis noni*, cui est *Cisleu*, & primum. *Quarta undecimi mensis Sabbath*. & primum *Maccab. xvj*. *Mense undecimo*, hic est mensis *Sabbath*. *Esther xvj*. *Mensis duodecimus qui vocatur Adar*. *Sextum tertij Regum*: *Mense Zio*, ipse est mensis secundus. *Item*: *Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zo* & in anno undecimo mense *Bul*, ipse est mensis octauus. *perfecta est domus*. & *vij*. *Conuenit Itraël in mense Bethanim*, siue *Ethanim in sol: omni die*. ipse est mensis septimus. reliqua ex interpretibus. At quia lunares quoq; menses sunt, propterea non semper mensibus Romanorum responderunt, sed sæpè in binos singuli incurrerunt.

De Septimanis. CAP. III.

Menses inde singulos in septimanas, seu hebdomadas diuiserunt. Septimum autem quemque diem vocauerunt sabbatū. id est re-

quietem, quod eodie post opus sex dierum Deus quieuisset. atque ea de causa ipsam etiam septimanam sabbatum appellarunt, Paralipom. tricelimo tertio secundi: *Qui sibi per singulas hebdomadas succedere consueverant.* & Lucas xviii. *Ieiunio bis in Sabbato.* id est, in septimana Hinc dixere primam, & vnam, & alteram Sabbati pro prima, & secunda die septimanæ vt S. Marcus xvj. *Et valde mane vna Sabbatorum.* ac mox: *Surgens mane prima Sabbati.* & S. Matthæus: *Vesperè Sabbati quæ incipit in prima Sabbati* id est, vespere eius diei, qui succedit primus septimanæ, siue vespere præcedente, primum diem septimanæ & Actuum xx. *Vna Sabbati cum conuuissemus ad frangendum panem.* Est autem prima, siue vna Sabbati dies quâ Christiani Dominicam vocant, quam etiam commemorauit S. Ioannes in Apocalypsi *Fus in spiritu Dominica die.* Vnde dicit post S. Hieron. aduersus Vigilantium: *Per vnam Sabbati. hoc est in die Dominico omnes conferre. quæ Hierosolymam in solatia dirigantur.* Apostolus Paulus præcepit. id autem præcepit secunda ad Corinthios xvj *Per vnam Sabbati unusquisque* ⁷ *sternum apud se reponat.*

De diebus profestis. CAP. IIII.

Dies porrò vocarunt lunas, ita vt primam, & secundam lunam, ac primam & secundam diem ponerent pro eodem, vt primo tertij Esdræ: *Iofias immolauit Phase quartadecima luna primi mensis, pro eo q̄ alibi fuit scriptum, quarta decima die.* Dies porrò siue æstiu, siue hyberni essent, duodecim horas habuerunt, & noctes totidem, sed inæquales, vnde scripsit S. Ioannes Cap. ij. *Nonne d'iodecim sunt horæ diei?* & Matthæus xx. idem significauit, vbi horæ tertix, sextæ, nonæ, & demum vndecimæ meminit, tanquam extremæ diei. Ex his autem diebus alij profesti fuerunt, alij festi. Profesti, quibus op^o exercere fas fuit, matutino, & vesperino holocausto confecto. Festi, quibus ab opere abstinere necesse fuit. Profesti verò aut primi mensiu n fuerunt, qui Neomeniæ dicti sunt, aut inter septimanas interiecti, de quibus seorsum agemus.

De Neomenijs. CAP. V.

Singula ergo mensium initia sacra esse Deus constituit, quos dies Græci Neomenias, Latini Kalendas vocarunt, ita vt proprium holocaustum, quo insignirentur, haberent, cessationem tamen ab operibus non haberent, sic enim mandatum est Numero-
rum

rum xxviiij. In Kalendis, id est, mensium exordijs offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos septem immaculatos, & tres decimas simile ex oleo in sacrificio per agnos singulos holocaustum suavissimi odoris, atque incensi Domino. Libamenta autem vini, que per singulas fundenda sunt victimas, ita erunt, media pars hinc per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi vertente anno succedunt. Quod sic explicuit Iosephus: In initio mensis, & quotidiana sacrificia, & duos vitulos cum agnis anniculis septem, & arietem mactant, hæc autem verò pro declinatione peccatorum, si forte per casum oblivionis eueniant. Hinc secundo secundi Paralip. scriptum est: Ad holocaustumata Neomenijs, que mandata sunt Israëli. & octavo: Salomon obtulit holocausta super altare Domini, ut per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Mosi in Sabbatis, & in Kalendis: & Eldræ secundo. Fecerunt holocaustum iuge in Kalendis. & Isaïæ primo: Kalendas vestras, & solemnitates vestras odit anima mea.

De diebus singulis. CAP. VI.

Dies verò cæteri inter septimanas interiecti ex præscripto Dei haud prorsus religione caruerunt. Nam licet operibus pro

pro necessitate vacarunt, tamen matutinū, ac vespertinū holocaustum iuge facere à deo iussi sunt, vt scriptum est Exodi xxix. & Numerorum xxviij. *Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis, agnos anniculos immaculatos, duos quotidie in holocaustum sempiternum, unum offeretis mane, alterum ad vesperam, decimam partem ephi simila, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin, holocaustum iuge est, quod obtulistis in monte Sinai, in odorem suauissimum incensi Domini, & habetis vini quartam partem hin per agnos singulos in Sanctuario domini, alterumq; agnum simuliter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini, & libamentorum eius oblationem suauissimi odoris domino. & Leuit. xxiiij. Offeretis oblationes domino holocausta, et libamenta iuxta ritum vniuscuiusq; ritus. Quam legem sic expressit Iosephus: Ex publico sumptu lex agnum anniculum singulis diebus docet occidi, inchoante die, & terminante. Vnde ij Paralip secundo scriptum: Ad holocaustum mane, & vespere, quæ mandata sũt Israëlis.*

De diebus festis. CAP. VII.

FESTOS autem dies sabbata nominantur, vt Leuit. x. *Sabbata mea custodie.* Hæc verò à vespera ad vesperam celebrata sunt, sic enim post præcepit Deus xxiiij.

Ave.

A vespera ad vesperam celebrabitis sabbata vestra: item: Die primo à die octauo erit sabbatum, id est. requies. Celebrarunt autem nõ solum ab opere cessando, sed etiam offerendo, orando, & interdum etiam animas suas affligendo, id est, ieiunando, vt post apparebit. Ex his autem alij à Deo, alij ab hominibus instituti sunt, à Deo Sabbatum, Pascha cum Azymis, Primitiæ cum Pentecoste, Tubæ, Expiationes, Tabernacula cum Collectis; annus septimus, & annus quinquagesimus; ab hominibus Encæniam, & quædam alia minus insignia, quæ suo loco prodentur. agamus ergo de singulis.

De Sabbato. CAP. VIII.

IN primis autem septimum diem, quem Sabbatum appellarunt, summo honore colendum mandauit Deus, atque ita ab omni opere in eo cessandum, vt ne ignem quidem domestici vsus causa succenderent. primum Exodi xx. *Memento vt diem Sabbati sanctifices. Sed diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die Sabbatum Domini Deitui est, nullum facies opus in eo. Sex enim diebus fecit cælum & terram, & mare, & omnia que in eis sunt. & requieuit in die septimo. idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificauit eum, & xxxv. Non succendetis ignem*

in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati. Deinde Leuitici xxiiij. Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia Sabbati requies est, vocabitur sanctus, nullum opus facietis in eo. Eo verò die sacrificari, & panes Propositiois refici iussit. De sacrificio Numerorù xxviiij. Die Sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similis oleo consperse in sacrificio, & liba, quatuor fundantur per singula Sabbata. De Panibus xxiiij. Accipies similan, et coques ex ea duodecim panes. Per singula Sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israël scedere sempiterno. Hæc porrò his verbis explicuit Philo in libro de sacrificijs: Publica sacrificia alia sunt quotidie, alia septimo quoque die, alia in nocturnis, alia in ieiunijs, alia tribus diebus festis præcipuis. Quotidie iussu legis, agni duo maculantur, mane, ac vespere cùm gratiarum actione, alter pro diurnis, alter pro nocturnis beneficijs, quæ assidue Deus largitur humano generi. Septimo die is numerus duplicatur, in æternitatis honorem, quòd septimus dies mundi natalis sit. Quotidie etiam bis incensa sunt thura in ara, quæ intra velum est, oriente sole, occidentequæ, ante matutinum, & post vespertinum sacrificium. Panes item septimo quoque die proponuntur in sacra mensa, cum panibus autem sal, & ihus mensa imponitur.

De Pascha, & Azymis.

CAP. IX.

PRæcipuus etiam honos Paschæ habitus est. Hoc verò quando institutum, cur ita vocatum, & qua ratione celebratum sit, ita demonstrabitur, vt lex primum profertur, deinde explicatione ornetur. Sic ergo de Paschate mandauit Deus Hebræis, adhuc in Aegypto agentibus, Exodi xij *Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni, decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, & domos suas sine macula masculum anniculum, & hœdum, & quarta decima die immolabit eum ad vesperam, & sumet de sanguine, & ponet super vtrumque postem, & super liminaribus domorum, in quibus comedent illum, & edent carnes nocte illa assas igni, & Azymos panes cum lactucis agrestibus, non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni: renes vestros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedentes festinantes. est enim Phasæ, id est, transicus Domini, & transibo per terram Aegypti. Erit autem sanguis vobis in signum in adibus, in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti. Habebitis autem hunc diem in monumentum, & cele-*

celebrabitis eam solemnem Dominò in generationibus vestris cultu sempiterno. Mox de Azymorum diebus ita subiecit: Septem dies Azyma comedetis, in die primo non erit fermentum in domibus vestris. quicumque comederit fermentum, peribit anima illa de Israël, à primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit sancta, atque solemnis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis. nihil operis facietis in eis exceptis ijs, quæ ad vescendum pertinent. Et obseruabitis: Azyma usque ad diem vicepsimam primam eiusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris, qui comederit fermentatum, peribit anima illius de cœtu Israël tam de aduenis, quam de indigenis terra. & mox: Cum introieritis in terram, quam dominus daturus est vobis, ut pollicitus est, obseruabitis ceremonias istas, & cum dixerint vobis filij vestri, Quæ est ista religio? dicetis eis, Victimam transitus Domini, quando transit per domos filiorum Israël in Ægypto percussens Ægyptios, & domos nostras liberans. Deinde Leuitici xxiiij. de Pascha, & Azymis eadem repetijt: Mense primo, & quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est. Septem diebus Azyma comedetis. dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque. nullum opus seruile facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne septem diebus, dies autem

septimus erit celebrior, & sanctior. nullumque opus servile facietis in eo. Item xvj. Deuteronomij: Sex diebus comedes Azyma, et in die septima, quia Coll. Etia est Domini Dei tui, non facies opus.

Dixi. quid sit in lege, nunc expositionem proferam legis. Repetendum est igitur. annum ante Moysen incepisse ab æquinoctio autumnali mense Septembri, Deum autem mandasse Moyfi, vt ordirentur ab eo mense, quo ex Aegypto egrederentur. qui tum primus mensis dictus, post autem Nysan appellatus est, & idem apud Romanos, atque Martius fuit, & æquinoctiũ vernalis continuit. vnde Exodi xlii mensis Nouarum frugum est dictus: *Hodie egrediemini mense Nouarum frugum.* & Deuteronomij xlii: *Observa mensis m Nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase.* Iccirco verò ita dictus est, quoniam in Aegypto, & Syria mense Martio segetes maturescere incipiunt. Sic enim scribit Philo libro lvi de vita Moyfis: *Moses primum mensis fecit eum. qui in vernalis æquinoctium incidit, non sicut quidam, qui præcedentibus id honoris tribuunt, non observatio nature beneficio. tunc enim maturescunt segetes ad victum necessaræ, arborum verò særus pub. sunt recens editi, secundis mensis inferendi. quippe sine tritico, hor-*

deo.

deo, ceterisq; similibus frugibus non vivitur, sine vino, & oleo fructibusq; arboreis quedam gentes etatem producunt in annos plurimos: eius mēsis die quarta decima sub ipsum tempus, quo luna suum orbem solet complere lumine, celebratur migrationis publica festiuitas, quam Chaldaice Pascha nominant, quo tempore, non ut alias plebey homines victimas adducunt ad altare mactandas à sacerdotibus, sed iubente lege tota gens sacrificat, dum pro se quisque mactat hostiam suis manibus. Item in libro de decalogo: Patria Hebræorum lingua Pascha dicitur, quādo populariter singuli sacrificant non expectatis sacerdotibus, ipsi permissu legis fungentes sacerdotio, quotannis per unum diem destinatum huic negotio, quando etiam offertur manipulus gratiarum actionis pro ubertate camporum. & frugum abundantia.

Phase ergò, siue Pascha, id est, transitus Domini, celebrabatur quartadecima luna, siue quartadecima die mensis Martij ad vesperam, cum singulæ familiæ sibi agnum occiderent, & assatum cum azymis ederent. Sequens autem dies, id est quintadecima & Pascha, & prima Azymorum vocabatur, inde septima ab illa, nempè vicesima prima, erat septima Azymorum, quam Collectam dicebant, quia tum fruges terræ metebant, ac colligebant Quoniam autem dies festus

apud eos incipiebat à vespere, propterea quarta decima die Phase celebrari incipiebat, & in quinta decima desinebat, quam & Pascha, & primam Azymorum diximus. Sic enim locutus est S. Lucas: *Dies Azymorum qui dicitur Pascha.* item: *Venit dies Azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha.* & S. Marcus: *Primo die Azymorum, quando Pascha immolabant.* Hic enim Pascha pro agno Paschali accipitur, vt in illo: *Pascha nostrum immolatus est Christus.*

Cautum inde lege Synedrij fuit, vt traditur ab Hebræis in libro Seder Olam, ne Pascha celebraretur die septimane secundo, quarto, & sexto, si in eos incidisset. Itaque si dies quintadecima mensis incurrebat in sextum diem septimane, Pascha differebatur in posterum diem, qui erat Sabbatum, quemadmodum factum aiunt eo anno, quo Christus est passus. Ille autem, vt multi opinantur interpretes, à lege Dei nolens recedere, celebrauit illud feria quinta vespere. Iudæi verò morem nouum, aut traditionem patrum sequuti feria sexta vespere, vnde solemnitas Sabbati initium erat ductura. Neque verò interpretes multi aliter congruere verba S. Iohannis cum verbis aliorum Evangelistarum posse arbitrantur, quorum hi Pascha celebratum esse à Christo feria quin-

quinta vespere tradunt, ille verò ipsum in Parasceue, id est, præparatione Pâschæ, id est, pridie Pâschæ esse passum exponit. Accedit, quòd in ipsa Parasceue, quæ dies est sexta, Iudæi dixerunt, se nolle prætorium ingredi, ne contaminarentur, & comedere Pâscha possent, id quod eo die non mane, sed vespere erant facturi, qui ad solemnitatem sequentis Sabbati pertinebat. Neque verò solum dies prima Azymorum Pâschatis nomine decorata est, sed etiam reliquæ, vt à S. Luca Actor. xij. *Erant dies Azymorum. Quæ cum apprehendisset, misit in carcerem, volens post Pâscha producere populo.*

Non est prætereà illud silentio prætereudum, ex præcepto Dei Pâscha celebrari non potuisse, nisi in vrbe regni metropoli. Deuteronomij xvj: *Non poteris immolare Phase in qualibet urbium tuarum, quas Dominus daturus est tibi, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.* Itaque in Silo primum, deinde Hierusalem celebrari est solitum.

Vt autem hæc ipsa illustriora reddâtur, placet his quoque pâschata apparatus celebrata, de quibus litteræ sacræ loquuntur, atterere. Celebratum est igitur primum Pâscha in terra Chananæa à Iosue, vt scriptum est v. Iosue: *Manserunt, filij Israël in-*

Galgalis, & fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperam in campis Hiericho, & comederunt de frugibus terre, alero azymos panes, & polentam huius anni. Alterum tempore I' zechiæ regis Iudæ. de quo sic ij. Paralip. xxx. Inuo consilio Regis, & principum, & universi cævus Hierusalem, decreverunt, ut facerent Phase menie secundo. non enim potuerant facere in tempore suo. quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Hierusalem. & post: Fecerunt filij Israël, qui inuenti sunt in Hierusalem, solemnitatem Azymorum septem diebus solemnitatis immolantes victimas pacificas, & laudantes Dominum Deum patrum suorum, & placuit uniuerse multitudini, ut celebrarent etiam alios dies septem, quod & fecerunt cum ingenti gaudio. factaq; est grandis celebritas in Hierusalem, qualis à diebus Salomonis filij David regis Israël in ea vrbe non fuerat. Tertium factum est à Iosia rege xxij. quarti Regum: Non est factum Phase tale à diebus Iudicum. qui indicauerunt Israël, & omnium dierum Regum Israël, & Regum Iuda, sicut in octauo decimo anno regis Iosie item ij. Paralip. xxxv. & tertio Eldræ primo. Quartum, postquam è Babylonia redierunt v. primi Eldræ: Filij Israël transmigrations fecerunt Pascha quarta decima die mensis primi, & fecerunt

cerunt solemnitatem Azymorum septem diebus in læticia. Hactenus de Pascha, & Azymis.

De Pentecoste. CAP. X.

SEquuntur Primitiæ, & Pentecoste, quæ etiam hebdomades appellatæ sunt. Quæ verò hæc fuerint, & quibus diebus peracta sint. eadem, vt ante ratione tradetur, nempe primum loca legis præcedendo, deinde breuem eorum explicationem adiiciendo. Sic igitur de die Primitiarum præcepit Deus Leuitici xxiiij: *Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitia messis vestre ad sacerdotem, qui elsuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbati, & sanctificabit illum, & eodem die cadatur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domino, & libamenta offerentur cū eo due decime simile conspersa oleo in incensum Domino, odoremq; suauissimum, liba quoque vini, quarta pars hin.* Quibus dictis subiicit de Pentecoste post septem hebdomadas celebranda ita: *Numerabitis inde ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomade septima id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium novum Domino, panes primitiarum duos, septem agnos*

*immaculatos anniculos, & vitulum de armenia
 unum, & arietes duos, & erunt in holocaustum
 cœm libamentis suis in odorem suauissimi-
 mum Domino Facietis & hircum pro peccato,
 duosq; agnos anniculos hostias Pacificorum. Itē
 Numerorum xvij. & Deuteronomij xvj:
 Septens hebdomadas numerabis tibi ab ea die,
 qua falcem in segetem miseris, & celebrabis di-
 em festum hebdomadarum Domino Deo tuo.
 Rationem autem offerendarum primitia-
 rum docuerat secundo Leuitici inquiring: Si
 obtuleris munus primitiarum frugum tuarum
 Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis ig-
 ni, & confringes in morem farris, & sic offe-
 res primitias tuas Domino, fundens super ea ole-
 um, & thus imponens, quia oblatio Domini est,
 de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris
 partem farris fracti, & olei, ac totum thus.
 Qualis verò hæc ratio esset, apertius quo-
 que Iosephus explicuit Antiq. tertio: Secun-
 da Azimorum die, quæ est sexta decima men-
 sis Martij, frugum, quas messuerunt (non
 enim ante attingunt) partem sumunt, ac ra-
 ti primum Deo honorem habendum, à quo ea-
 rum copiam acceperunt, hoc modo illi earum
 primitias offerunt. Ubi manipulum spicarum
 siccarunt, & tuderunt, hordeaque ipsa ad
 molendum nudarunt, assarium altari Deo ad-
 monent, & pugillum unum ex eo inijcientes,
 reli-*

reliquum ad usum sacerdotis relinquunt, atque inde publicè messis faciende potestas datur. Sacrificant autem in Primitiis frugum agnum in holocaustum Deo. Hebdomadè verò septima post hoc sacrificium transacta (hæc hebdomadæ dies sient quadraginta novem) quinquagesima die afferunt ad Deum panes ex farina hordeacea, duo assaria, cum fermento factos, sacrificium verò agnos duos. & Deo quidem offeruntur solum, sacerdotibus verò ad cœnam prebentur, nec licet ex eis quidquam in crastinum relinquere, & immolant in holocaustum vitulos tres, arietes duos, agnos quatuordecim, & bircos pro peccato duos.

Ex his omnibus in vnum collatis satis intelligi potest, sexta decima die Martij, quam secundam Azymorum diximus, falcem in segetem primum esse missam, lectumque novarum frugum manipulum Domino esse oblatum, vt sanctificaretur futura messis, eumque diem Primitiarum vocatum; Messe inde post quadraginta novem dies perfecta, ipso die quinquagesimo festum Pentecostes, siue Quinquagesimæ celebratum fuisse sexto die mensis Sivan, qui respondit Maio, atque eo die panes è novis frugibus DE Oblatos esse, Festum autem Pentecostes alio nomine festum Hebdomadam esse dictum, quòd in fine Hebdomada-

domadum ageretur. vnde illud est secundo Maccabæorum duodecimo: *Venerunt Hierosolymam die silemni Septimanarum instante, & post Pentecosten abierunt contra Gorgiam. & Actuum ij. Cum complerentur dies Pentecostes.*

De Festo Tubarum. CAP. XI.

Sequitur dies Tubarum, qui die prima septimi mensis est celebratus, quem illi Tisri, nos Septembrem vocamus. De eius verò cultu sic præcepit Deus Leuitici xxij. *Mersus primo prima die mensis erit vobis Sabbarum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. nullum opus sterile facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino.* Celebratus est autem in memoriam, vt aiunt interpretes, eius diei, quo tubis clangentibus Deus legem Moysi in monte Sinai dedit, aut eius, cum liberatus est Isaac inuento ariete hærente cornibus. Huius verò diei mētio fit psalmo lxxx. *Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestre, quia præceptum est in Israël.* & apud Philonem in Decalogo: *Sacrum Nouilunium, in quo tuba canitur.*

De festo Expiationum. CAP. XII.

Festum autem Expiationum decimam septimi mensis diem habuit dedicatam, qui etiam Ieiunij dies dictus est, quòd eo animas

animas affligere, id est ieiunare lege iussi sūt. de eo verò sic præcipere perrexit Deus Leuitici xxij inquit: *Decimo die mensis septimi dies Expiationum erit celeberrimus, & vocabitur Sanctus, affligetisq; animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino, nullum opus seruite facietis in eo, quia dies propitiationis est, & affligetis animas vestras die nono mensis: omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo suo.* De eodem verò die sic præceperat etiam xvj. *Mes septimo decima die mensis affligetis animas vestras, nullumq; opus facietis siue indigena, siue advena, qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris coram Domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetuò. Expiabit autem sacerdos, qui vnctus fuerit, Sanctuarium, Tabernaculum Testimonij atque Altare. sacerdotes quoque, & vniuersum populum. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, ut oratis pro filijs Israël & pro cunctis peccatis eorum semel in anno.* Quomodo verò hæc expiatio peccatorum, & Tabernaculi fieret capro emissario in deserto emissio, eodem capite traditur. quæ res quia ad pontificis officium pertinuit, in eum locum reijcietur, in quo de Pontifice disputabitur. Hic verò dies Ieiunium appellatus est à

est à Hieremia xxxvj. *Leges de volumine audiente populo in domo domini in die Ieiunij.* Quare Iosephus dixit vj. Belli. *Die expiationum ieiunare mos fuit cunctis.*

De festis Collectarum, & Tabernaculorum.

CAP. XIII.

VLtima fuit celebritas Tabernaculorū, quæ per octo dies peracta est. ex quibus primus, qui Septembris quintus decimus fuit, & octauus, qui fuit vicesimus secundus, Collecta fructuum dictus est. vt distingueretur ab illa altera collecta frugum, de qua diximus. De eo verò sic xxij. Leuitici: *A quinto decimo mensis septimi erunt ferie Tabernaculorum septem diebus Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum domino, est enim cætus atque collecta. nullum opus seruire facietis in eo. A quinto decimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestre, celebrabitis ferias domini septem diebus. die primo, & die octauo erit sabbatum, id est, requies, sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrime, celebrabitisq; solemnitatem eius septem diebus per annum, mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis, qui de genere est Israël, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri,*

quid

quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Egypti. Eadem repetuntur Numerorum xxix, adiectionis sacrificijs, quæ singulis festis facienda sunt. Die prima offeretis holocaustum in odorem suauissimum domino, vitulum de armento unum, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos septem. Quinta decima verò die offeretis holocaustum, vitulos de armento tredecim, in die altera offeretis vitulos de armento decem, arietes duos, agnos immaculatos quatuordecim, die tertio vitulos undecim, arietes duos, agnos immaculatos quatuordecim, die quarto vitulos decem, arietes duos, & agnos quatuordecim, die quinto vitulos novem, arietes duos, agnos quatuordecim, die sexto vitulos octo, arietes duos, agnos quatuordecim, die septimo vitulos septem, arietes duos, agnos quatuordecim, die octavo, qui est celeberrimus, vitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem. Hac offeretis domino in solemnitatibus vestris præter vota, & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis, & Deuteronomij xvj. Solemnitatem Tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area, & torculari fruges tuas, & epulaueris in festiuitate tua.

Taber.

Tabernacula ergò, monumentum illius temporis quo populus in deserto sub tabernaculis fuit, in Collectas fructuum incidunt in autumno in exitu anni veteris, siue naturalis. vt significatur *xxiiij. Exodi: Facies & solemnitate in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro, & xxxiiij. Facies & solemnitate quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.* Significat enim æquinoctium autumnale naturalis anni præteriti finem, & principium sequentis in mense Septembri. De his verò magna lætitia celebratis agitur, Hieremiæ octauo post restitutam urbem: *Inuenerunt scriptum in lege præcepisse Dominum in manu Moysi, ut habitent filij Israël in Tabernaculis in die solemnitate mense septimo, ut predicet & diuulgent vocem in vniuersis urbibus suis, & in Hierosolè, dicentes: Egre dimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemrosi, ut fiant tabernacula, sicut scriptum est. Et egressus est populus, & attulerunt, feceruntq; sibi tabernacula unusquisq; in domo sua, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platea porte aquarum, & in platea porte Effraim. Fecit ergo vniuersa ecclesia eorum, qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis. non enim fecerunt à diebus Iosue filij Nun, taliter*

filij

filij Israël usque ad diem illam, & fecit lætitia magna nimis. Legit autem in libro legis Dei à die primo usque ad diem nouissimum, & fecerunt solemnitatem septem diebus, & in die octa-uo COLLECTAM iuxta ritum. De eorundem èt ritu scribit disertè Iosephus lib. tertio Antiquitatum, cuius verba prætereunda silentio non videntur: *Quinta decima die eiusdem mensis tempore ad hiemem, urgente, Deus tabernacula figere iussit singulos per familias, metuentes frigus pro anni custodia. dumq; in patriam pervenirent in illa urbe, quam propter templum metropolim haberent, eos octo diebus festivitatem agere, & holocausta facere, & sacrificare Deo. & pacificas hostias offerre præcepit, utq; in manib. portarent ramos myrti et salicis, sūmitatesq; palmarū, & virgulas mali Perfici. Prima itaque dierum sit holocaustum, hostiarum ex tredecim bobus, & agno uno, aut pluribus, & arietibus duobus, adiecto hircu pro declinatione peccatorum. sex autem diebus ipse quidem numerus agnorum, & arietum cum hircu sacrificatur, jubetabitur autem singulis diebus unus bos, donec ad septimum veniat, & ab omni opere die octavo requiescunt, & Deo vitulum immolant, & arietem, & agnos septem, & hircum pro declinatione peccatorum. Hoc verò festum dicitur Græcè Scenopegia, ad quod celebrandum in Hierusalem legitur in Luā*

gelio etiam venisse CHRISTVS.

Ceterum festi omnes, de quibus dictum est, dies præcipue ad tres rediguntur PASCCHA, PENTECOSTEN, ET TABERNACVLA. Atq, hi sunt, quibus quot annis virilis sexus omnes ter conuenire ex omnibus Iudææ finibus debuerunt in urbem Hierusalem, vt sacris interessent. sic enim mandauit Deus Exodi xxij. *Tribus vicibus per singulos annos vobis festa celebrabitis, solemnitatem Azymorum custodites, septem diebus comedes Azyma tempore mensis Nouorum, & solemnitatem messis primitiuorum operis tui, quacunque seminaueris in agro, & solemnitatem in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit. nempe, vt diximus in solemnitate Azymorum, in solemnitate Hebdomadarum, & in solemnitate Tabernaculorum.* Siquidem secundo Paralip. octauo scriptum est: *Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum, vt per singulos dies offerretur in eo iuxta preceptum Moysi in Sabbatis, & Calendis, et in diebus festis ter per annum, id est, in solemnitate Azymorum, & in solemnitate Hebdomadarum, & in solemnitate Tabernaculorum.*

CUM

Cum autem tria Sabbata, siue festa fuerint, ad quæ quotannis adire viros singulos oportuerit, Pascha, Pentecoste, & Tabernacula. meritò quæri potest, quodnam ex his fuerit illud, quod S. Lucas vj. vocat Sabbatum secundo primum, inquit: *Factum est autem in Sabbato secundo primo, cum Iesus transiret per jata vellebant, discipuli eius spicas. neque enim Pascha fuit, quia xiiij. die Martij nondum erant maturæ spicæ, neq; Pentecoste, quia sexta Maij messis iam absoluta erat, & si alterum eorum esset, tamen ratio non extaret, cur secundo primum diceretur. Omnino aut consentientibus omnibus, inter Pascha & Pentecosten illud inciderit, necesse est, cum eo tantum tempore messis vigeret. Hoc loco multa interpretes ex ingenio confinxerunt, quorum nihil probabilius, atq; aptius ab eruditis hominibus iudicatur, quàm quod à S. Ioanne Chrystostomo affertur, fuisse sabbatum, seu septimum diem, qui in Neomeniam Aprilis inciderit, ita vt duplex tum festum fuerit, septimus dies, & Neomenia. Verùm & hæc expositio reprobari potest; primum, quia sola coniectura fulcitur, deinde, quia rationem nõ affert, cur tale sabbatum secundo primum dicatur, tertio, quia Neomenia sacer quidem erat dies, non tamen festus, cum opus exerce-*

retur. quare talis dies duplex sabbatum esse non potuit. Quid igitur censes? dicit aliquis. bona cum venia omnium, qui secus scripserunt, exponam non refellendæ alienæ, sed meæ, ut in præsens est, sententiæ declarandæ gratia. Hebræi non semper celebrabant Pascha primo mense, sed interdum secundo, ut apparet ex ij Paralipom. xxx. *Inito consilio regis, & principum, & universi civitas Hierusalem, decreverunt, ut facerent Pascha mense secundo. non enim potuerunt facere in tempore suo, quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, et populus nondum congregatus fuerat in Hierusalem.* Cum autem secundo mense faciebant, fortasse secundo primum vocabant significantes Pascha secundo mense celebratum, quod primo oportuit. quo modo Græci hysteron proteron, id est, posterius prius appellabant, cum posteriore loco dicebant, quod priore dicere debuerant. Venit ergo Christus primo mense ad Pascha sub messem, quo non celebrato, venit iterum secundo iam media messe. Vnde dixit S. Marcus ij. loquens de eadem re: *Et factum est iterum, cum Sabbatis ambularet per sata.* Græcè autem apertius: *Et factum est, illum iterum iter facere per sata,* ex quo conuincitur, omninò illud *iterum* referendum esse ad Christum bis per sata euntem

tem, non autem ad Phariseos bis eum calumnijs onerantes, vt Iansennius censuit. Si autem bis per fati iter fecit, ergo iterũ Hierusalem ad sabbatum adiit, quod secundo mense celebratum est, cum fortasse primo non potuisset.

De Septimo anno. CAP. XIII.

Pertinuit ad hanc etiam obseruationem Annus septimus, qui Sabbatarius dictus est. quia eo remissio terræ à cultura concedebatur. De eo verò sic præceptum est Exodi xxij. *Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui, & quidquid reliquum fuerit, edant, bestie agri, ita facies in vinea, & oliueto tuo.* & Leuitici xxv. *Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, sabbatizet populus Sabbatum Domini. Sex annos sctes agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesq; fructus eius. Septimo autem anno, Sabbatum erit terra requietionis Domini. agrum non sctes, & vineam non putabis. que sponte gignet humus, non metes. & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam. annus enim requietionis terra est, sed erunt vobis in cibum. Ex paucis interiectis: Quod si dixeritis, quid comederimus anno septimo, si non senerimus, ne-*

que collegerimus fruges nostras? dabo benedictionem meam, vobis anno sexto, & faciet fructus triennio annorum, feretisq; anno octavo. & comedetis veteres fruges usq; ad novum annum, donec nascantur nova, edetis vetera.

Quomodo verò remissio septimo quoq; anno esset facienda, deinceps docetur xv. Deuteronomij his verbis: *Septimo anno facies remissionem, que hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit. A peregrino, & advena exiget, civem, & propinquum repetendi non habebis potestatem. & omnino indigens, & mendicus non erit inter vos. Fœnerabis gentibus nullis & ipse à nullo accipies mutuum. Cave, ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo nolens ei, quod postulat, mutuum commodare. Cum tibi veditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruerit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. et quæ libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patieris, sed dabit viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo.*

De anno quinquagesimo. CAP. XV.

Quinquagesimus item annus Sabbataris fuit, quia remissio dabatur servis à mini-

ministerio seruili, atque ager alienatus redi-
 bat ad veterem possessorem. De eo verò
 sic scriptum est Leuitici xxv: *Numerabis quo-
 que tibi septem hebdomades annorum, id est, sep-
 ties septem, quæ simul faciunt annos quadragin-
 ta nouem, & clanges buccina mense septimo, de-
 cima die mensis propitiationis tempore in uni-
 uersa terra uestra, sanctificabisq; annum quin-
 quagesimum, & vocabis remissionem cunctis
 habitatoribus terre tue, ipse enim est Iubileus.
 Reuertetur homo ad possessionem suam, et unus-
 quisque redibit ad familiam pristinam, quia iu-
 bileus est, & quinquagesimus annus. Quando
 vendas quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne
 contristas fratrem tuum, sed iuxta nume-
 rum annorum iubilei emes ab eo. & iuxta sup-
 putationem frugum vendet tibi. Quanto plu-
 res anni remanserint post iubileum, tanto cre-
 scet & premium, & quanto minus temporis nu-
 meraueris, tanto minoris & emptio consta-
 bit. tempus enim frugum vendet tibi. Hinc
 Numerorum xxxvj. quibusdam roganti-
 bus de nubendis filiabus Salphaad ex tribu
 in tribum, ac dicentibus: Si alterius tribus
 homines has uxores acceperint, sequetur pos-
 sessio sua, & translata ad aliam tribum de no-
 stra hereditate minuetur, atq; ita fiet, ut cum
 iubileus, id est, annus quinquagesimus remissio-
 nis aduenerit, confundatur sortium distributio,*

& aliorum possessio ad alios transcat, responsum est in lege scriptum esse: Nubant, quibus volunt, tantum ut sua tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israël de irabu in tribu. Quinquagesimus autem annus dictus est Iobeleus, quod eum Leuitæ per tubas arietinas, quæ dicuntur Hebræis Iobelim, conuocato populo, ut supra scriptum est, indiceret. unde illud est vj Iosue: Septimo die sacerdotes tolent septem buccinas, quarum usus est in Iubileo. Atque hæc quidem celebritates à Deo institutæ sunt.

De Encenijs. CAP. XVI.

QUAS VERÒ HOMINES INSTITUERUNT, HÆ FERME FUERUNT, Encania, festum Iephte, Iudith, & Esther, & post aliæ quoque. Encenia verò fuerunt solemnitas anniuersaria in dedicatione Templi adhibita. est enim *עֲנַיִזְעִי* consecrare, ac dedicare, ut supra diximus, unde in consecratione quoque Regis est usurpatum. Quattuor autem Templi Hierosolymitani dedicationes diuersis annis temporibus obseruatæ sunt. Prima fuit Salomonis mense septimo. de qua Regum tertio: *Dedicarunt templum Domini Rex, & filij Israël. Fecit illo tempore Salomon, celebritas in solemnem, & omnis Israël cum eo diebus quatuordecim.* Et secundo Paralip. vij. *Fecit Sa-*

Sa-

Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, fecitq; die octavo collectam, eò quòd dedicasset altare septem diebus, & solemnitatem celebrasset septem diebus. Igitur vicefimo tertio mensis septimi dimisit populos ad Tabernacula sua.

Secunda fuit templi secundi, nempè Zorobabelis, instituta à Iudæis in solum patrium restitutis mente Adar. qui respondit Februario de qua Esdræ vj. *Compleverunt domum Dei istam vsq; ad diem tertium mēsis Adar, fecerunt autem dedicationem domus Dei in gaudio.* Iosephus autem addit, hoc factū vicefimo tertio mensis Adar paullò ante festum Paschæ.

Tertia dedicatio non templi fuit, sed Altaris, cum Iudas Maccabæus altare holocausti instauravit, quod Antiochus rex profanauerat, idq; dedicavit mense nono, id est, Nouembri. de qua Maccabæorum primo: *Fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & statuit Iudas, & fratres eius, & uniuersa Ecclesia Israël, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annū per octo dies à vicefima quinta die Casleu cum letitia, & gaudio.* Vnde Iudæi Hierosolymitani scripsère ad Aegyptios: *Facturi quinta, & vicefima die mensis Casleu purificationem templi necessarium duximus, significare vobis, ut & vos quo*

que agatis, sicut & diem Scenopegia, & diem Lignis, qui datus est, quando Neemias edificato templo, & altari obrulit sacrificia. Ac de his Encenijs per hiemem factis, videtur intellexisse S. Ioannes, cum scripsit: *Et facta sunt Encenia in Hierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.*

Quarta fuit dedicatio templi ab Hero de constructi, quæ in diem natalis eius incidit, & magna pompa celebrata est. Iosephus libro xv.

De cæteris diebus festis. CAP. XVII.

PRæter hæc multi alij dies fuere festi ab Hebræis, prout tulit occasio, instituti, quos vno capite complectemur, ordinem temporum persecuti. In primis ergo in exitu anni celebratus est planctus filix Iephthæ Iudicis Israel, quam pater virginem immolauerat. Cum enim vouisset Domino, *Si iradidisset sibi in manus Ammonitas, se quicumque primus de domo sua sibi redeunti obuiam prodidisset, eum holocaustum Domino oblaturum,* occurrit ei unigenita filia eius cum tympanis, & choris. Quare ille, ut vouerat, fecit. Quare, ut scriptum est xj. Iudicum: *Exinde mos increuit in Israël, et consuetudo seruata est, ut post anni circulum conueniant in unum filij Israël, & plangent filiam Iephthæ Galaaditæ diebus quatuor.*

Habue-

Habuerunt etiam in honore diem, quo ignis cœlestis, quem extinctum post Babylonicum exilium repererunt, suscitatus est. De quo in epistola Iudæorum Hierosolymitanorum ad Aegyptios: *Facturi quinta, & vicesima die mensis Casleu purificationem templi necessarium, duximus significare vobis, ut & vos quoque agatis, ut diem scenopægia, & diem ignis, qui datus est, quando Neemias edificato templo, & altari obtulit sacrificia. inde res narratur, ut alio loco retulimus. Hûc diem Iudæi celebrant die vicesimo mensis Casleu, id est, Nouembris, quem festum Luminum Iosephus vocavit.*

Dies etiam, quo victoria de Holoferne regis Assyriorum præfecto per Iudith viduam Hebræam relata est, decreto Iudæorum inter festos relatus est. sic enim scriptum est Capite decimosexto: *Dies victoria huius festivitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore, usque in præsentem diem. Is à Iudæis celebratur die vicesima quinta mensis Casleu.*

Quinetiam victoria Esther aduersus Aman, qui Iudæos in crucem agere constituerat, festum diem habuit ex instituto Mardochei consultoris eius. De eo verò sic Cap. ix. *Dies tertiusdecimus mensis Adar unus apud*

omnes interfektionis fuit, & quatuordecima die cedere deserunt. Quem constituerunt esse solemnem, ut in eo omni tempore deinceps vacarent, epulis, gaudio, atq; cōuiujs. At hi qui in urbe Susan cadē exercuerāt, tertio decimo & quarto decimo die eiusdem mensis in cade versati sunt: quinto decimo autem die percutere deserunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solemnem epularum, atq; letitiæ. Hi verò Iudæi, qui in oppidis non muratis, ac villis morabantur, quatuordecimum diem mensis Adar cōuiuiorum, & gaudij decreuerunt, ita ut exultent in eo, & mittant sibi inuicem partes epularum, & ciborum. Scripsit itaque Mardocheus omnia hæc, & litteris comprehensa misit ad Iudæos, qui in omnibus regis prouincijs morabantur, tam in vicino positis, quàm procul, ut quatuordecimam, & quintamdecimam diem mensis Adar pro festiis susciperent, & reuertente semper anno solemni celebrarent honore, quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimici suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem, gaudiumq; conuersi sunt, essentq; dies isti epularum, atque letitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntq; Iudæi in solemnem ritum cōstituta, quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardocheus litteris faciendæ mandauerat. Aman enim filius Amadathi stirpis Agag, hostis, &

ad-

aduersarius Iudeorum, cogitauit contra eos malum, ut occideret illos atq; deleret: et misit phur, quod nostra lingua vertitur in s'riem, & postea ingressa Ester ad regē, obsecrans ut conatus eius litteris regis irriti fierent: & malum, quod contra Iudeos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Denique & ipsum, & filios eius affixerunt cruci, atq; ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est sortium, eò quod phur, id est, fors in urnam missa fuerit. Festum autem hoc dictum est Mardocheus, ut secundo Macchæorum ultimo scriptum est: Decreuerunt habere celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca Prædie Mardochei.

Densum diem etiam honorarūt, quo victoriam de Nicanore duce Demetrii regis Syriæ pepererunt, de qua Iosephus libr. xij. Hæc victoria contigit quartadecima die mensis Adar, quam celebrant, quotannis, festum colentes diem.

Ieiunarunt etiam tertio die mensis Tisri, sive Septembris propter mortem Godolix de qua xxv. quarti Regum: Factum est in mense septimo, venit Iimabel, & decem viri cum eo percusseruntq; Godoliam, qui & moriturus est. Neque verò solum hoc die ieiunant sed multis prætereà alijs, quæ nunc etiam obseruant, ex proprio instituto, non Dei.

Dei. Quæ huic commentario attexere non est visum.

• *Vetus Kalendarium Hebraeorum.*

CAP. XIIII.

His expositis, nunc ad eorum, quæ dicta sunt subleuandam, fulciendamve memoriam singulorum subinde mensium, ac dierum festorum, profestorumque Hebraicorum dispositionem, quæ à Latinis Kalendarium dicitur, subtexemus, ea verò fuit huiusmodi.

MARTIVS.

Primus mensis, siue Nisan. Dies xxx.

1	1	Dies. <i>Neomenia.</i>	Quot. sacr. <i>fiat &</i>
2	2	Dies.	quot. sacr. (<i>Neomen.</i>)
3	3	Dies.	quot. sacr.
4	4	Dies.	quot. sacr.
5	5	Dies.	quot. sacr.
6	6	Dies.	quot. sacr.
7	7	Dies. <i>Sabbatum.</i>	quot. sacr. et <i>sabbati.</i>

Cessabatur etiam ab accendendo igne.

8	8	Dies.	quot. sacr.
9	9	Dies.	quot. sacr.
10	10	Dies.	quot. sacr.
11	11	Dies.	quot. sacr.
12	12	Dies.	quot. sacr.
13	13	Dies.	quot. sacr.
14	14	Dies. <i>Sabbatum.</i>	quot. sacr. & <i>sabbati.</i>

Agnus

Agnus ad vesperâ mactabatur, & edebatur,
atq; ab omni opere cessabatur.

15 15 Dies. quot. sacr.

Pascha. Primâ dies Azymorum ab opere
cessabatur. dies erat sancta.

16 16 Dies. ij. Azym. quot. sacr.

Manipulus pró primitijs frugum offereba-
tur. Messis inchoabatur. Initium septem
Hebdomadû, id est. xlix dierum, qui
messi faciendæ destinati erant.

17 17 Dies iij. Azym. quot. sacr.

18 18 Dies iiij. Azym. quot. sacr.

19 19 Dies v. Azym. quot. sacr.

20 20 Dies vj. Azym. quot. sacr.

21 21 Dies Sab. vij. Azym. quot. sacr.

Collecta frugum. Azymis comedēdis finis
imponeretur. Dies erat sanctior, quàm
prima Azymorum.

22 22 Dies. quot. sacr. j. messis

23 23 Dies. quot. sacr. (Hebd.

24 24 Dies. quot. sacr.

25 25 Dies. quot. sacr.

26 26 Dies. quot. sacr.

27 27 Dies. quot. sacr.

28 28 Dies. Sabbatum. quot. sacr. et sabbati.

29 29 Dies. quo. sac. ij. messis Heb

30 30 Dies. quot. sacr. (domas.

APRILIS.

Secundus Mensis, siue Iar. Dies xxix.

31	1	Dies Neomenia.	Quot. sacr. & Neo-
32	2	Dies.	quot. sacr. (menie.
33	3	Dies.	quot. sacr.
34	4	Dies.	quot. sacr.
35	5	Dies. Sabbatum.	quot. sacr. et Sabbat.
36	6	Dies.	quot. sacr. in messis
37	7	Dies.	quot. sacr. (Hebdomas
38	8	Dies.	quot. sacr.
39	9	Dies.	quot. sacr.
40	10	Dies.	quot. sacr.
41	11	Dies.	quot. sacr. & sabbati.
42	12	Dies. Sabbatum.	quot. sacr. in messis
43	13	Dies.	quot. sacr. (Hebdomas
44	14	Dies.	quot. sacr.
45	15	Dies.	quot. sacr.
46	16	Dies.	quot. sacr.
47	17	Dies.	quot. sacr.
48	18	Dies.	quot. sacr.
49	19	Dies. Sabbatum.	quot. sacr. et sabbati.
50	20	Dies.	quot. sacr. in messis Heb
51	21	Dies.	quot. sacr. (domas.
52	22	Dies.	quot. sacr.
53	23	Dies.	quot. sacr.

Festum arcis mundatæ à Simone
Principe.

54 24 Dies. quot. sacr.

55	25 dies.	quot. sacr.
56	26 dies. <i>Sabbatum.</i>	quot. sacr.
57	27 dies.	quot. sacr. vi. messis heb
58	28 dies.	quot. sacr. (domas.
59	29 dies.	quot. sacr.

M A I V S.

Tertius mensis, siue Siuan. Dies xxx.

60	1 dies. <i>Neomenia</i>	quot. sacr. & <i>Neomen.</i>
61	2 dies.	quot. sacr.
62	3 dies.	quot. sacr.
63	4 dies. <i>Sabbatum.</i>	quot. sacr. & <i>Sabbati.</i>
64	5 dies.	quo sac. vij. messis heb.
65	6 dies.	quot. sacr.

Festum Hebdomadum, seu Pentecostes.

Sacrificium Hebdomadum.

66	7 dies.	quot. sacr.
67	8 dies.	quot. sacr.
68	9 dies.	quot. sacr.
69	10 dies.	quot. sacr.
70	11 dies. <i>Sabbatum.</i>	quot. sacr. & <i>Sabbati.</i>
71	12 dies.	quot. sacr.
72	13 dies.	quot. sacr.
73	14 dies.	quot. sacr.
74	15 dies.	quot. sacr.
75	16 dies.	quot. sacr.
76	17 dies.	quot. sacr.
77	18 dies. <i>Sabbatum.</i>	quot. sacr. & <i>Sabbati.</i>

136 CAR. SIG. DE REP. HEB.

78	19 dies.	quot. sacr.
79	20 dies.	quot. sacr.
80	21 dies.	quot. sacr.
81	22 dies.	quot. sacr.
82	23 dies.	quot. sacr.
83	24 dies.	quot. sacr.
84	25 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbat.
85	26 dies.	quot. sacr.
86	27 dies.	quot. sacr.
87	28 dies.	quot. sacr.
88	29 dies.	quot. sacr.
89	30 dies.	quot. sacr.

IVNIVS.

Quartus Mensis, seu Tamuz Dies xxix.

90	1 dies. Neomenia.	quot. sacr. & Neomen.
91	2 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbat.
92	3 dies.	quot. sacr.
93	4 dies.	quot. sacr.
94	5 dies.	quot. sacr.
95	6 dies.	quot. sacr.
96	7 dies.	quot. sacr.
97	8 dies.	quot. sacr.
98	9 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbat.
99	10 dies.	quot. sacr.
100	11 dies.	quot. sacr.
101	12 dies.	quot. sacr.
102	13 dies.	quot. sacr.

103	14 dies.	quot. fact.
104	15 dies.	quot. fact.
105	16 dies. Sabbatū.	quot. fact. & Sabbati.
106	17 dies.	quot. fact.
107	18 dies.	quot. fact.
108	19 dies.	quot. fact.
109	20 dies.	quot. fact.
110	21 dies.	quot. fact.
111	22 dies.	quot. fact.
112	23 dies. Sabbatum.	quot. fact. & Sabbati.
113	24 dies.	quot. fact.
114	25 dies.	quot. fact.
115	26 dies.	quot. fact.
116	27 dies.	quot. fact.
117	28 dies.	quot. fact.
118	29 dies.	quot. fact.

IVLIVS.

Quintus mensis, seu Ab. Dies xxx.

119	1 dies. Neomenia. & Sabbatum.	quot. fact.
	Neomenia, & Sabbati.	
120	2 dies.	quot. fact.
121	3 dies.	quot. fact.
122	4 dies.	quot. fact.
123	5 dies.	quot. fact.
124	6 dies.	quot. fact.
125	7 dies.	quot. fact.
126	8 dies. Sabbatum.	quot. fact. & Sabbati.

138 CAR. SIG. DE REP. HEB.

127	9 dies.	quot. sacr.
128	10 dies.	quot. sacr.
129	11 dies.	quot. sacr.
130	12 dies.	quot. sacr.
131	13 dies.	quot. sacr.
132	14 dies.	quot. sacr.
133	15 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
134	16 dies.	quot. sacr.
135	17 dies.	quot. sacr.
136	18 dies.	quot. sacr.
137	19 dies.	quot. sacr.
138	20 dies.	quot. sacr.
139	21 dies.	quot. sacr.
140	22 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
141	23 dies.	quot. sacr.
142	24 dies.	quot. sacr.
143	25 dies.	quot. sacr.
144	26 dies.	quot. sacr.
145	27 dies.	quot. sacr.
146	28 dies.	quot. sacr.
147	29 dies. Sabbatum.	quot. sacr.
148	30 dies.	quot. sacr.

AUGVSTVS.

Sextus Mensis, seu Elul. Dies xxix.

149	1 dies. Neomenia.	quot. sacr. & Neomeni.
150	2 dies.	quot. sacr.
151	3 dies.	quot. sacr.

152	4 dies.	quot. sacr.
153	5 dies.	quot. sacr.
154	6 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
155	7 dies.	quot. sacr.
156	8 dies.	quot. sacr.
157	9 dies.	quot. sacr.
158	10 dies.	quot. sacr.
159	11 dies.	quot. sacr.
160	12 dies.	quot. sacr.
161	13 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
162	14 dies.	quot. sacr.
163	15 dies.	quot. sacr.
164	16 dies.	quot. sacr.
165	17 dies.	quot. sacr.
166	18 dies.	quot. sacr.
167	19 dies.	quot. sacr.
168	20 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
169	21 dies.	quot. sacr.
170	22 dies.	quot. sacr.
171	23 dies.	quot. sacr.
172	24 dies.	quot. sacr.
173	25 dies.	quot. sacr.
174	26 dies.	quot. sacr.
175	27 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
76	28 dies.	quot. sacr.
77	dies.	quot. sacr.

Septimus Mensis, seu Tisri. Dies xxx:

178 1 dies. Neomen quot. sacr. & Neomen.
Festum Tubarum. Cessatur ab opere. offer-
tur holocaustorum proprium. Ab hoc die

Judæi annum incipiunt, mundum in
hoc creatum esse putantes.

179 2 dies. quot. sacr.

180 3 dies. quot. sacr.

ieiunium propter mortem Godoliz,

181 4 dies. quot. sacr.

182 5 dies. Sabbatum. quot. sacr. & Sabbati.

183 6 dies. quot. sacr.

184 7 dies. quot. sacr.

185 8 dies. quot. sacr.

186 9 dies. quot. sacr.

187 10 dies. quot. sacr.

Festum expiationum, seu Propitiationis cū
ieiunio Indictio Iobelei in annum septi-
mum & quinquagesimum. offertur
holocaustum proprium.

188 11 dies. quot. sacr.

189 12 dies. Sabbatum. quot. sacr. & Sabbati.

190 13 dies. quot. sacr.

191 14 dies. quot. sacr.

192 15 dies. Collecta frugum. i. dies Tabernacu-
lorum, sine Scenopegia. quot. sacr.

Cessatur ab opere. Dies celeberrimus. proprium sacrificium fit.

193 16 dies. ij dies Tabern. quot. sacr. & Proprium.

194 17 dies. iij. dies Tabern. quot. sacr. & Proprium.

195 18 dies. iij. dies Taber. quot. sacr. & Proprium.

196 19 dies. v. dies Sab. quot. sacr. & Sab. & Proprium.

197 20 dies. vj. dies Tabern. quot. sacr. & Proprium.

198 21 dies. vij. dies Taber quot. sacr. & Proprium.

199 22 dies. viij. dies Taber. quot. sacr. & Proprium.

Cessatur ab opere. Dies celeberrimus.

220 23 dies. quot. sacr.

Encænia Templi Salomonis.

201 24 dies. quot. sacr.

202 25 dies. quot. sacr.

203 26 dies. Sabbatū quot. sacr. & Sabbatū.

204 27 dies. quot. sacr.

205 28 dies. quot. sacr.

206 29 dies. quot. sacr.

207 30 dies. quot. sacr.

OCTOBER.

Mensis OCTAVVS, seu Mai e-huan. dies xxix.

208 1 dies. Neomen. Quot. sacr. & Neo-men.

209	2 dies.	quot. sacr.
210	3 dies Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
211	4 dies.	quot. sacr.
212	5 dies.	quot. sacr.
213	6 dies.	quot. sacr.
214	7 dies.	quot. sacr.
215	8 dies.	quot. sacr.
216	9 dies.	quot. sacr.
217	10 dies Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
218	11 dies.	quot. sacr.
219	12 dies.	quot. sacr.
220	13 dies.	quot. sacr.
221	14 dies.	quot. sacr.
222	15 dies.	quot. sacr.
223	16 dies.	quot. sacr.
224	17 dies Sabbatū	quot. sacr. & Sabbati.
225	18 dies.	quot. sacr.
226	19 dies.	quot. sacr.
227	20 dies.	quot. sacr.
228	21 dies.	quot. sacr.
229	22 dies.	quot. sacr.
230	23 dies.	quot. sacr.
231	24 dies Sabbatū.	quot. sacr. & Sabbati.
232	25 dies.	quot. sacr.
233	26 dies.	quot. sacr.
234	27 dies.	quot. sacr.
235	28 dies.	quot. sacr.
236	29 dies.	quot. sacr.

NOVEMBER.

Nonus Mensis, siue Casleu. Dies xxx.

237	1 dies.	Neomen. quot. sacr. & Neomen.
238	2 dies.	sabbatum. quot. sacr. & Sabbati.
239	3 dies.	quot. sacr.
240	4 dies.	quot. sacr.
241	5 dies.	quot. sacr.
242	6 dies.	quot. sacr.
243	7 dies.	quot. sacr.
244	8 dies.	quot. sacr.
245	9 dies.	sabbatum. quot. sacr. & sabbati.
246	10 dies.	quot. sacr.
247	11 dies.	quot. sacr.
248	12 dies.	quot. sacr.
249	13 dies.	quot. sacr.
250	14 dies.	quot. sacr.
251	15 dies.	quot. sacr.
252	16 dies.	sabbatū quot. sacr. & sabbati.
253	17 dies.	quot. sacr.
254	18 dies.	quot. sacr.
255	19 dies.	quot. sacr.
256	20 dies.	quot. sacr.
257	21 dies.	quot. sacr.
258	22 dies.	quot. sacr.
259	23 dies.	sabbatum. quot. sacr. & Sabbati.
260	24 dies.	quot. sacr.
261	25 dies.	quot. sacr.

Purificatio templi per Iudam Maccabæum,
 quæ inter Encenia refertur. Festum ignis
 cælestis suscitati, quod Luminaria di-
 citur, Festum Iudith.

262	26	dies.	quot. sacr.
263	27	dies.	quot. sacr.
264	28	dies.	quot. sacr.
265	29	dies.	quot. sacr.
266	30	dies. sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.

DECEMBER.

Mensis Decimus, siue Thebet. Dies xxix.

267	1	dies. Neomen.	quot. sacr. & Neomenia.
268	2	dies.	quot. sacr.
269	3	dies.	quot. sacr.
270	4	dies.	quot. sacr.
271	5	dies.	quot. sacr.
272	6	dies.	quot. sacr.
273	7	dies. sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
274	8	dies.	quot. sacr.
275	9	dies.	quot. sacr.
276	10	dies.	quot. sacr.

Iudæi ieiunant in memoriam obsidio-
 nis Nabucdonosor.

277	11	dies.	quot. sacr.
278	12	dies.	quot. sacr.
279	13	dies.	quot. sacr.

280	14 dies.	sabbatum. quot. sacr. & Sabbati.
281	15 dies.	quot. sacr.
282	16 dies.	quot. sacr.
283	17 dies.	quot. sacr.
284	18 dies.	quot. sacr.
285	19 dies.	quot. sacr.
286	20 dies.	quot. sacr.
287	21 dies.	sabbatum. quot. sacr. & Sabbati.
288	22 dies.	quot. sacr.
289	23 dies.	quot. sacr.
290	24 dies.	quot. sacr.
291	25 dies.	quot. sacr.
292	26 dies.	quot. sacr.
293	27 dies.	quot. sacr.
294	28 dies.	sabbatū. quot. sacr. & Sabbati.
295	29 dies.	quot. sacr.

IANVARIVS.

Vndecimus Mensis, siue Sebat. Dies xxx,

296	1 dies.	Neomen. quot. sacr. & Neomenia.
297	2 dies.	quot. sacr.
298	3 dies.	quot. sacr.
299	4 dies.	quot. sacr.
300	5 dies.	quot. sacr.
301	6 dies.	sabbatum. quot. sacr. & Sabbati.
302	7 dies.	quot. sacr.
303	8 dies.	quot. sacr.

304 9 dies.	quot. sacr.
305 10 dies.	quot. sacr.
306 11 dies.	quot. sacr.
307 12 dies.	quot. sacr.
308 13 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
309 14 dies.	quot. sacr.
310 15 dies.	quot. sacr.
311 16 dies.	quot. sacr.
312 17 dies.	quot. sacr.
313 18 dies.	quot. sacr.
314 19 dies.	quot. sacr.
315 20 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
316 21 dies.	quot. sacr.
317 22 dies.	quot. sacr.
318 23 dies.	quot. sacr.
319 24 dies.	quot. sacr.
320 25 dies.	quot. sacr.
321 26 dies.	quot. sacr.
322 27 dies. Sabbatum.	quot. sacr. & Sabbati.
323 28 dies.	quot. sacr.
324 29 dies.	quot. sacr.
325 30 dies.	quot. sacr.

FEBRUARIUS.

Duodecimus mensis, seu Adar. Dies xxix.

326 1 dies. Neomen.	Quot. sacr. & Neomen.
327 2 dies.	quot. sacr.
328 3 dies.	quot. sacr.

329	4 dies.	quot. sacr.
330	5 dies.	quot. sacr.
331	6 dies.	quot. sacr.
332	7 dies.	quot. sacr.
333	8 dies.	quot. sacr.
334	9 dies.	quot. sacr.
335	10 dies.	quot. sacr.
336	11 dies. Sabbatum	quot. sacr. & Sabbati.
337	12 dies.	quot. sacr.
338	13 dies.	quot. sacr.
339	14 dies.	quot. sacr.

Festum victoriæ de Nicanore à Iuda Macca
bæo partæ. Ieiunium Esther.

Festum Mardochei, siue Festum
Sortium minus.

340	15 dies.	quot. sacr.
-----	----------	-------------

Festum Sortium maius.

341	16 dies.	quot. sacr.
342	17 dies.	quot. sacr.
343	18 dies. Sabbatū.	quot. sacr. & Sabbati.
344	19 dies.	quot. sacr.
345	20 dies.	quot. sacr.
346	21 dies.	quot. sacr.
347	22 dies.	quot. sacr.
348	23 dies.	quot. sacr.

Encænia Templi Zorobabelis.

349	24 dies.	quot. sacr.
350	25 dies. Sabbatū.	quot. sacr. & Sabbati.

351	26 dies.	quot. sacr.
352	27 dies.	quot. sacr.
353	28 dies.	quot. sacr.
354	29 dies.	quot. sacr.

MENSIS INTERCALARIS VEADAR.
sive secundus Februarius.

In secundo quoq; anno mensem intercalabant dierum xxii. & quarto dierum xxiiij. atque ita Lunaris annus dierum cccliiij. redigebatur ad annum Solarem dierum ccclxv. & quatuor horarum, is mensis tertius decimus Veadar dicitur.

CARO-


CAROLI SIGONII

DE REPVB- LICA HEBRAEORVM

LIBER QVARTVS.

Qui de sacris ritibus inscribitur.

De generibus sacrorum rituum. CAP. I.

 I M. Cicero, vir non modo difertiffimus, fed etiam omni doctrinae genere inffructiffimus, de natura Deorum inter gentiles caeleffis veritatis ignaros adurus initio fibi exclamandum effe putavit, vt omnes adeffent, cognofcerent, animaduertent, quid de religione, pietate, fanctitate, caeremonijs, quid de templis, delubris, facrificijsq; folemnibus exiftimandum effet, multo ego iuffius inter Chriftianos, quibus vera Dei effe comperta religio, idiffum facere debeo, hiftoriam Hebraeorum, vt pollicitus fum, rituum, traditurus. quod haec narratio, vt eximia fanctitate referta, fic incredibili obfcuritate, ne dicam, atra quadam quafi nocte perfufa fit. Corinet enim maiorem caeremoniarum veteru partem, quas Deus lege fua complexus eff. quae

haec

hæc salutifera nostra sub augustis quibusdam velamentis significantes, vt in clara olim Ecclesiæ luce versatæ sunt, sic nunc cæcis prope obliuionis, atque ignorantiaë tenebris inuolutæ non modicam interpretis operam, studiumq; requirunt. Verum scriptura duce atq; industria comite hanc quoque dispellere caliginem enitemur.

Ritus ergo sacri apud Hebræos multi fuerunt, verum præcipuum sibi inter eos locum oblationes vindicauerunt. Hæ verò duorum fuere generum, vnum Sacrificij, Hostiæ, & victimæ, alterum Doni, & Muneris nomine nuncupatum. Vtrumque autem tribus potissimum de causis fuisse videtur oblatum, Diuini numinis, cui omnis honos conuenit, honorandi, salutis, ac pacis ab eo impetrandæ, & peccati expiandi, atque delendi. Vnde illud est primo Leuitici: *De armento masculum immaculatum offeret ad placandum sibi Dominũ. & octauo primi Regum: Iuravi domui Hebræorum, quod non expietur iniquitas eius victimis & muneribus usque in æternum.* & octauo ad Hæbreos: *Omnis pontifex ad offerendum mœnera. & hostias constituitur. & quinto: Omnis pontifex constituitur. ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Sed de Donis posterius, nunc de Sacrificijs.

De generibus sacrificiorum. CAP. II.

Sacrificium ergo appellarunt, cum sacer-
 dote, rem non modò obtulerunt, sed e-
 tiam sacram Deo fecerunt, exempli gratia,
 victimam, cum eam mactarunt, & sangui-
 nem fuderunt; frumentum, cum triuerunt;
 similam, cum oleo conspersam in sartagine
 frixerunt; thus, cum adoleuerunt. Ex qui-
 bus liquet, rem sacram Deo factam esse præ-
 cipuè vel per sanguinem, vel per ignem; per
 sanguinem, vt victimæ, cum cædebantur;
 per ignem, vt libamina, cum aut in clibano
 aut in sartagine, aut in craticula coqueban-
 tur. Quanquam ad victimas etiam ignis ad-
 hibebatur, cum aut adeps, aut exta concre-
 mabantur, aut carnes incendebantur, aut
 vescendi causa in olla elixabantur, vel flâ-
 ma adurebantur, idq; Græcè *θυσία* dictum
 est. Hæc porrò tanto in speciem apparatu
 peracta sunt, vt ea interire vtile fuerit. Quis
 enim (inquit Homelia xxij. Origenes,) in-
 tuens sanctuarium, altare, ac sacerdotes sa-
 crificijs operantes, & omnem ordinem, quo
 cuncta gerebantur, nò putaret, plenissimū
 eū esse ritū, quo Deus creator ab omni hu-
 mano genere coli deberet? Sed gratias adue-
 tuti Christi, qui oculos nostros ab eiusmodi
 aspectu remouit, atq; animos ad contempla-
 tionem rerum cœlestium, spiritualiumque
 traduxit.

Cæterum sacrificia sex in Levitico deinceps tradidit Deus, Holocaustum, Libamina, Pacifica, Sacrificium pro peccatis, Sacrificium pro delictis, & Sacrificium Consecrationis. Quorum quinque priora ad tria Philo rettulit, vir inter Hebræos, & Græcos eruditissimus. Holocaustum, Pacifica, & pro peccatis, prout tres, vt dixi, causæ fuere sacrificij offerendi. Verba eius sunt in libro de sacrificijs hæc: *Sacrificia omnia ad tria redegit legislator, Holocaustum, Pacifica, siue Salutare, & Sacrificium pro peccatis.* Inde addit: *Si quis inquirere velit causas, cur prisci illi Sacrificia factitarint, tres inueniet. vnam, cultum Dei per se honestum, ac necessariam, alteram, utilitatem sacrificantium, que duplex est, dum bona impetramus, & malis liberamur. Primo generi, quod solum Dei honorem, sibi proposuit, lex apte Holocaustum tribuit, quoniam victima integra absumitur, humana cupiditate nihil inde sibi usurpante. Alterum genus lex subdistinguit, vt alio bona querantur, quod nominatur Pro salute, alio fuga mali, quod Pro peccato dicitur. Atque ita holocaustum solius est Dei, cui semper debetur bonus, etiam si nihil expectamus ab eo gratie, relique due species ad nos proprie pertinent, vna salutem postulans, & profectum in melius, altera veniam peccatorum, & medicinam eorum, que deliquit anima.*

Ex

Ex his porrò sacrificijs quinque à priuatis, atque à populo per sacerdotem oblata sunt, sextum fuit proprium sacerdotum propter consecrationem ipsorum. Horum autem omnium modum, ritumque Deus in lege præscripsit, addens quædam etiam de sacrificio mundationis, expiationis, siue propitiationis, & oblationis incensi. Quare in his omnibus explicandis eam rationem tuebimur, vt primum quæ in lege tradita sunt, seorsum de singulis afferamus, deinde quæ de omnibus extra legem compererimus, exponamus.

De Holocaustis. CAP. III.

Holocaustum ergo fuit sacrificium, in quo, ex sententia Philonis, honorandi, atque adeo etiam propitiandi DEI gratia tota hostia, quæ offerebatur diuino igne consumebatur, ac veluti à terris in cælum cum fumo amandabatur in odorem suauitatis Deo. nam in reliquis, vt in Pacificis, pars incendebatur, vt adeps, & exta, pars tota sacerdotibus vnà cum libaminibus tradebatur. quod, teste in Homilia V. Origene, etiam Holocarpoma dictum est, quali totus fructus esset ille, qui Deo offerretur. Nam Holocaustum solius Dei fuit. Modus autem Holocausti his verbis traditus est primo Leuitici: *Homo, qui obtulerit ex vobis hostiam.*

*Domino de pecoribus, id est, bobus, & onibus offerens victimas, si holocaustum fuerit eius oblatio, de armento masculinum immaculatum offeret ad ostium Tabernaculi Testimonij ad placandum sibi Dominum, ponetq; manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationes eius proficiens, immolabitq; vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron sacerdotis, sanguinem eius fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium Tabernaculi, detractaq; pelle hostiæ, artus in frustra concident, & subycient in altari ignem strue lignorum ante composita, & membra, que sunt caesa, de super ordinantes, caput videlicet, & cuncta, que adherent, iecori, intestinis, & pedibus lotis aqua, adolebitq; ea sacerdos super altaria in holocaustum, & suauem odorem Domino. Eandem verò inde ratione seruandam esse docet, si agnos, aut capras, aut aues obtulerit in holocaustum. Neque enim integras legis paginas inde huc transferre, consilium est. Inde lex Holocausti traditur his verbis sexto: *Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte usque ad mane. Ignis in eodem altari erit, vestietur tunica sacerdos, & feminalibus lineis, tolletq; cineres, quos vorans ignis exussit, & ponens super altare spoliabitur prioribus vestimentis, indutusq; alijs offeret eos extra castra, & in loco mundissimo usque ad fauillam consumi faciet.* I G N I S au-
tem*

rem semper in altari ardebit, quem nutrit sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto desuper adolebit adipēs Pacificorum. Ignis iste est perpetuus, qui nunquam deficit in altari. Haecenus Deus. Haec verò his verbis Philo explicuit: *Ante omnia seligatur mascula victima ex animalibus puris ad sacrificium, iuuenctus, aut agnus, aut boedus. Hanc qui offert, ablutas manus imponat eius capiti. tum aliquis sacerdos accipiat eam, mox alius sanguinem eius exceptum phiala, fundat per altaris circuitum. detraetq; tergoe victima artus in frustra concidantur, & ablatis intestinis, ac pedibus tota victima igni altaris tradatur, cõsectis rursus in unum partibus, quae modo dissectae fuerant.* IGNIS autem, de quo scriptum est in lege, ille est, qui post cælitus dimissus prima Aaronis procurantis sacrificia corripuit, quo perpetuò inde sacerdotes vsque ad Babylonicum exilium hostias incenderunt. Itaque cum Nadab, & Abiu filij Aaron, eo tempore acceptis thuribulis imposuissent ignem, et incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis preceptum non erat, egressus ignis à Domino, deuorauit eos. vt scriptum est Leuitici vij. Vnde Sanctus Augustinus scripsit in Psalmũ lxv. *Holocaustum est totum incensum, sed igne diuino.* De hoc autem igne præclare Philo in vi.

ta Moysis: *Vulgaris ignis, tanquam contaminatus, ablegatus fuit ab altari sanctissimo, et pro eo aliter demissus caelesti ex aethere, ut esset discrimen inter Sancta, & Profana, Humana, et Divina. Conveniebat enim sacrificijs attribui naturam ignis incorruptiorem, quàm est hac, quae servit quotidianis usibus.* Huius autem sacrificij, vt etiam cæterorum mysticam inde rationem ille reddit, ex intima theologia depromptam, verum afferre, non est nostri propositi. nos enim legem Dei ostēdere, sat habemus, non consilium eius in scribenda lege inuestigare intendimus.

De Libaminibus. CAP. IIII.

Libamentum autem, quod proprio nomine Sacrificium dictum est, fuit ferretum ex simila, id est, farina mundissima sine fermento. oleo, & thure confectum, in clibano, aut sartagine, aut craticula coctum, aut frumentum igni tostum, quorum pars incendebatur, pars sacerdotibus tradebatur. Eorum verò offerendorum modus fuit talis, vt scribitur deinceps secundo Leuitici: *Anima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, simila erit eius oblatio, fundetque super eam oleum, & ponet thur. & deferet ad filios Aaron sacerdotis, quorum vnus tollet pugillum plenum simile, & olei, ac totum thur, & ponet me-*
moriale

memoriale super altare in odorem suauissimum domino. quod autem reliquum erit de sacrificio, erit Aaron, & filiorum eius. Sanctum Sanctorum de oblationibus Domini. Cum autem obtuleris sacrificium coctum in cribano, de simila panes scilicet absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita, si oblatio tua fuerit de farina simile consperse oleo, & absque fermento, divides eam minutatim, & fundes super eam oleum: si autem de craticula fuerit sacrificium, aquè simila oleo conspergetur, quam offerens domino trades manibus sacerdotis, qui eum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis. quidquid autem reliquum est, erit Aaron, & filiorum eius. Sanctum Sanctorum de oblationibus Domini. Omnis oblatio, que offertur Domino, absque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. Primitias tantum eorum offeretis, ac munera. Super altare verò non imponentur in odorem suauitatis. Quidquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec offeres sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igni, & confringes in morem farvis, & sic offeres primitias tuas Domino, fundens super ea oleum, & thus inponens, quia oblatio Domini est, de qua adolebit sa-

cerdos in memoriam muneris partem farris fra-
 eli, & olei ac totum thus. Lex inde libamen-
 torum traditur cap. vj. *Hæc est lex sacrificij,*
& Libamentorum, que offerent filij Aaron co-
ram Domino, & coram altari. Tolle sacerdos
pugillam simile, que conpersa est oleo, & totum
thus, quod super simulam positum est, adolebitq;
illud in altari in monumentum odoris suavissi-
mi Domino, reliquam autem partem simile co-
medet Aaron cum filijs suis absque fermento,
& comedet in loco sanctuarij Tabernaculi. ideo
aut non fermentabitur, quia pars eius in Domini
offertur incensum. Sanctum Sanctorum erit, sicut
pro peccato, etque de isto, mares tantum stirpis
Aaron comedent illud. De iisdem Libamini-
 bus offerendis extat item præceptio xv.
 Numerorum.

De Pacificis. C A P. V.

TERTIUM sacrificij genus, quod deinceps
 in Leuitico traditur, à Latino interpre-
 te Pacifica, Victimæ pacificæ, Hostia Pacifico-
 rum, Salutare hostiæ, à Græco verò εἰρη-
 νικα, θυσιὰ εἰρηνικὴ, σωτηρίων dicitur. Orige-
 nes autem duplex fuisse Salutare sacrifici-
 um inquit Homilia v. vnum Vot, alterum
 Laudis vocatum. Ex quo elicitur, hoc sacri-
 ficium factum esse, cum aut Deum pro pa-
 ce, aut salute orarunt, aut ea impetrata lau-
 darunt

darunt & gratias ei egerunt. In hoc porrò adeps solum cremabatur in odorem suauitatis Deo, pectusculum autem, & armus erant sacerdotis. reliquæ carnes edebantur à priuatis. Modus autem huius patrandi traditus est his verbis tertio Leuitici : *Quod si hostia Pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre marem siue feminam, immaculata offeret coram Domino, ponetq; manum super caput victime sue, que immolabitur in introitu Tabernaculi Testimonij, fundetque si ij Aaron sacerdotis sanguinem per altaris circumum, & offerent de hostia Pacificorum in oblationem Domino adipem, qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecus duos renes cum adipe, quo teguntur illa, & reticulum iecoris cum renunculis, adolebuntq; ea super Altare in holocaustum lignis igne supposito, in oblationem suauissimi odoris Domino. Eandem rationem inde tuendam esse docet, si agnum, aut capram obtulerit, subiiciens de adipe hæc verba: *Et fundent filij Aaron sanguinem eius (capræ) per circumum altaris, tolletque ex ea in partem ignis Domini adipem, qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia, duos renunculos cum reticulo, quod est super eos iuxta illa, & aruinam iecoris cum renunculis, adolebitque ea super altare sacerdos in alimoniam ignis, & suauissimi odoris, omnis adeps do-**

mini erit iure perpetuò in generationibus, & cū
 Etis habitaculis vestris, nec sanguinem, nec adi-
 pem omnino comedetis. Inde lex editur ca. vij.
 his verbis: *Hec est lex hostie Pacificorum, que*
offerretur Domino: Si pro GRATIARVM a-
ctiōne obliuio fuerit, offerent panes absque fer-
mento conspersos oleo, & lagana azyma uncta o-
leo, coctamq; simitam, & collyridas admistiōne
consperfas, panes quoque fermentatos cum hostia
GRATIARVM, que immoletur pro Paci-
ficis, ex quibus unus pro primitiis offerretur Do-
mino, & erit sacerdotis, qui fundet hostie san-
guinem cuius carnes eadem comedentur die, nec
remanebit ex eis quidquam vsque mane. Si vo-
to, vel sponte quis obtulerit hostiam, eadem simi-
liter edetur die Sed & si quid in crastinum re-
manserit, vesci licitum est, quidquid autem ter-
tius inuenerit dies, ignis absument. Si quis de car-
nibus victime Pacificorū die tertia comederit,
irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti, quin po-
tius quee inque anima tali edulio se contamina-
uerit preuaricatiōis rea erit. Caro, que aliquid
tetigerit immundum, nō comedetur, sed combu-
retur igni: qui fuerit mundus, vescetur ex ea:
Anima polluta, que ederit de carnibus hostie
Pacificorum, que oblata est Domino, peribit de
populis suis, & que tetigerit immundum homi-
nis vel iumenti, sive omnis rei, que polluere po-
test, & comederit de huiusmodi carnibus, inte-
 ribit.

ribit de populis suis. adipem ouis, et bouis, & ca.
 pre comedetis. adipem cadaueris mortuini, &
 eius animalis, quod à bestia captum est, habebi-
 tis in varios vsus. Si quis adipem, qui offerri de-
 bet in incensum Domini, comederit, peribit de
 populo suo. Sanguinem quoque omnis animalis
 non sumetis in cibo tam de auibus, quam de pe-
 coribus. Omnis anima, que ederit sanguinem,
 peribit de populis suis. Qui offert victimam Pa-
 cificorum Domino offerat simul & Sacrificium,
 id est, Libamenta eius. tenebit manibus adipem
 hostie, & pectusculum, cumque ambo oblata
 Domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui ado-
 lebit adipem super altare, pectusculum autem
 erit Aaron, & filiorum eius. armus quoque dex-
 ter de Pacificorum hostijs cedit in primitias sa-
 cerdotis. Qui habuerit sanguinem, & adipem
 filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum
 in portione sua. Item cap. x. Pectusculum, quod
 oblatum est, & armum, qui separatus est, edetis
 in loco mundissimo tuo, & filij, & filie tue tecum.
 tibi enim & liberis tuis reposita sunt. de hostijs
 Salutaribus filiorum Israë!, eò quod armum, &
 pectus, & adipem, qui cremantur in altari, eleua-
 uerunt coram Domino, & pertinent ad te, &
 ad filios tuos lege perpetua. De hoc verò Sacri-
 ficio sic probè Philo in libro de sacrificijs:
 In sacrificio salutaris non refert, utrius sexus
 sit

fit hostia, verum ex eo tria hæc debentur sacerdotibus, adeps, fibra iecoris, & renes duo. cætera in epulum cedunt ei, qui obtulit. In hoc genere duobus tantum diebus epulari fas est, ita ut nihil reliquiarum supersit in tertium. offertur enim sacrificium pro salute dæorum, corporis & anime, proinde unus cuique dies epularis tribuitur. quoniam autem tertium nihil est, cui proprie queratur salus, vetitum est proferrî epulum in tertium diem, ita ut ne per oblivionem quidam liceat superesse reliquias sine piaculo.

Ad hoc genus pertinet illud etiam sacrificium, quod *Laudis* dicitur, & sit ad hunc modum. cum aliquis in nullam aduersitatem incidit, vel rerum externarum, vel corporis, sed quieta, tranquillaq; vita fruitur, necesse est ut Deo habeat gratias, cumque demereatur hymnis, laudationibus, sacrificijs, & alijs gratiarum actionibus, que omnia comprehenduntur *Laudis* nomine.

Hanc victimam non biduo, sicut priorem illam pro salute, sed ipsa prima die lex iubet absumi, ut qui experti sunt propensum fauorem celestis numinis, sine cunctatione de hoc sacrificio impertiant alijs. Atque hoc præceptum est xij. Leuitici: Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione Domino, ut possit esse placabilis, eodem die comedetis eam, non remanebit quidquam in mane alterius diei. Itaque David ingenti periculo liberatus cum gratias Deo a-

geret

ret, psalmo cxv. dixit: *Quid Domino retribuam pro omnibus, quae retribuit mihi? Calicem Salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Tibi sacrificabo hostiam Laudis, & nomen Domini inuocabo.*

De Sacrificio pro peccatis. CAP. VI.

Quartum fuit Sacrificium sacerdotis, populi, principis, & priuati pro expiandis peccatis, de quo Leuitici quarto: *Si sacerdos, qui unctus est, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino, & adducet illum ad ostium Tabernaculi Testimonij coram Domino, ponetque manum super caput, & immolabit eum Domino. Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illu in Tabernaculum Testimonij, cumque intinxerit digitum in sanguinem, asperget eum septies coram Domino contra velum Sanctuarij, ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in Tabernaculo Testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu Tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato tam eum, qui vitalia operit, quam omnia, quae intrinsecus sunt, duos renunculos, & reticulum, quod est super eos iuxta illa, & adipem iecoris cum renunculis, sicut offertur de vitulo hostiae Pacificorum, & adolebit ea su.*

ea super altari holocausti. Pellem verò, & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum, ubi cineres effundi solent, incendet q̄ ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur. Exposita ratione sacrificij pro peccato sacerdotis, deinceps refertur ratio sacrificij pro peccato populi, principis, & priuati, qui per ignorantiam peccauerint. Quæ quoniam non admodum dissimiles sunt, non videtur faciendū, vt ea huc transferamus, locum ipsum indicasse contenti. Lex autem huius sacrificij sic postea traditur cap. vj. *Ista est lex hostiæ pro peccato. In loco, ubi offertur holocaustum, hircus immolabitur coram Domino. Sanctum Sanctorum est. Sacerdos, qui offert, comedet eum in atrio Tabernaculi. Quidquid tetigerit carnis eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. vas autē scitile, in quo cocta est, confringetur. Quod si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia Sanctum Sanctorum est. Hostia enim, que caditur pro peccato, cuius sanguis inferitur in Tabernaculum. Testimonij ad expiandum in Sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. Pariter inde traditur ritus, & lex sacrificij Pro peccatis ex silentio veritatis*

ritatis, Immunditia, errore, iureiurando, & sacrorum abusu.

De Sacrificio pro delictis. CAP. VII.

QVintum Sacrificium fuit pro expian-
dis delictis. De eo verò ritu sic dein-
ceps eodem in loco sabecitum est: *Anima,*
que peccauerit, & contempto Domino negaue-
rit proximo suo depositum quod fidei eius credi-
tum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calum-
niam fecerit sine rem perditam inuenerit, & in-
ficians insuper peierauerit, & quodlibet alium
ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare ho-
mines, conuicta delicti, reddet omnia, que per
fraudem voluit obtinere, integra, & quintam
insuper partem Domino, cui damnum intulerat,
pro peccato autem suo offeret arissem immacu-
latam de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta e-
stimationem, mensuramq, delicti, qui rogabit
pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro sin-
gulis, que faciendo peccauit. Lex autem edita
est cap. vij. Hæc quoque lex hostie est pro deli-
cto. Sancta Sanctorum est, iccirco ubi immola-
bitur holocaustum, mactabitur & victima pro
delicto. Sanguis eius per gyrum, altaris funde-
tur. offerent ex ea caudam et adipem, qui operit
vitalia duos renunculos, & pinguedinem, que
iuxta illa est, reticulumq, iecoris cū renunculis,
& adolebit ea sacerdos super altare. incensum
ẽ Domino p delicto. Ois masculus de sacerdotali

genere in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est. Sicut pro peccato offerretur hostia, ita & pro delicto, utriusque hostie lex una erit, ad sacerdotem, qui eam obulerit, pertinet. Sacerdos, qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. Et omne sacrificium simile, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula, vel sartagine preparatur, eius erit sacerdotis, à quo offertur, siue oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filijs Aaron mensura aqua per singulos dividetur.

De sacrificio autem huiusmodi sic scriptum est apud Philonem, quod ei lucem afferre aliquam possit. Sacrificium pro peccato nuncupatum, variatur & personis, & hostijs, personis pontificis, populi, principis, privati, hostijs, vitulo, hircu, capra, & aegna. Vacca quoque offertur ab ijs, qui per ignorantiam peccarunt, vel scientes quidem, sed mutata voluntate factum suum damnant, & vitam melius institunt. Pontificis peccata, & populi simili expiantur victima, vitulo, principis minore, sed tamē mascula, hircus enim cedunt, ac privati deteriore. & post: Postquam legislator scripsit de peccatis ignorantia, transiit ad ea, que admittuntur à volentibus, ac scientibus. si quis, inquit, mentitus fuerit de societate aut deposito, aut rapina, aut inuentione rei perditæ, deinde ad vitandam suspicionem iurare non recusarit, & tandem arguente se in-

se intus conscientia periurium suum, abnegationemq; ipse damnans confessus fuerit, ac veniam petierit, merebitur delicti obliuionem, quoniam veram pœnitentiam re magis, quàm verbis approbat, dum reddit depositum, aut inuentum, aut vniuersum alienum, quod usurpauit, super addita quinta pretij parte in solatium eius, cui fecit iniuriam. Ex quibus perspicitur potest, ipsum appellare peccatum, quod per ignorantiam est commissum delictum quod à volente, & sciente. S. tamen Augustinus censuit; peccatum fuisse perpetrationem mali, delictum verò desertionem boni. aut peccatum quo sciens delictum, quo ignorans aliquis se obstrinxit. plerunq; autem vtrunq; pro eodem poni asseruit.

His à Deo mandatis acceptis, Aaron inde ad ea curanda se contulit, & iussu eiusdem sacrificia fecit, pro peccato suo, & populi, & Holocausta, & Pacifica, eaque demissus cœlitus ignis incendit, vt deinceps scriptum est cap. viij. Neque verò hæc quoque verba inferere grauabor, cum maxime hanc tractationem valeant illustrare. *Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum, pro PECCATO SVO, cuius sanguinem obtulerunt filij sui, in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum, & basim eius, adipemq;, & renunculos, ac reticulum iecoris, que sunt pro*

M

pecca-

peccato, & adoleuit super altare, carnem verò,
 & pellem eius extra castra combussit igni. Im-
 molauit & **HOLCAVSTI** victimam, ob-
 tuleruntq; filij eius sanguinem eius, quem fudit
 per altaris circuitum. ipsam etiam hostiam in
 frustra concisam cum capite, & membris singu-
 lis obtulerunt. qua omnia super altare cremavit
 igni, lotis aqua prius intestinis, & pedibus. Et
 pro peccato **POPVLII** offerēs maclauit hircū,
 expiatoq; altari fecit holocaustum, addens in sa-
 crificio **LIBAMENTA**, qua offerrentur, &
 adolens ea super altare absq; ceremonijs holocau-
 sti matutini. Immolauit & bouem, atq; arietem,
 hostias **PACIFICAS** populi, obtuleruntq; ei fi-
 lij sui sanguinem, quem fudit super altare in cir-
 cuitum. adipem autem bouis, & caudam arie-
 tis, renunculoſq; cum adipibus suis, & reticulū
 iecoris posuerunt super pectora. cumq; cremati
 essent adipes super altare pectora eorum, & ar-
 mos dextros separauit Aaron eluans coram
 Domino, & extendens manum ad populum be-
 nedixit ei. Sicq; completis hostijs pro Peccato,
 Holocaustis, & Pacificis descendit. & ecce **IGNIS**
 egressus à Domino deuorauit holocaustum,
 & adipes, qui erant super altare, arreptisq; Na-
 dab, & Abiu filijs Aaron thuribus impo-
 suerunt ignem, & incensum de super, offerentes
 coram Domino ignem alienum, quod eis precep-
 tum non erat. egressusq; ignis à Domino deuora-
 nit

ait eos. Locutus est inde Moyses ad Aarō, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, qui erant residui. Tollite sacrificium, quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia Sanctum sanctorum est. Comeditis autem in loco sancto, quod datum est tibi, & filijs de oblationibus Domini, sicut preceptum est mihi. Pectusculum quoque, quod oblatum est, & armum, qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu & filij tui, & filia tue tecum. tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutaribus filiorum Israël, eò quod armum, & pectus, & adipēs, qui cremantur in altari, deuorauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, sicut precepit Dominus. Inter hæc hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cum quaereret Moyses, exustum reperit, ita usq; contra Eleazar, & Ithamar filios Aaron, qui remanserant. ait: cur non comeditis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est, & data vobis, ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini, præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra Sancta, & comedere debueratis eam in Sanctuario, sicut preceptum est mihi. Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino. mihi autem accidit, quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremonijs mente lugu-

brī? Quod cum audisset Moyses, accepit satisfactionem. Atque hæc quidem de singulis sacrificijs in lege scripta sunt.

Iterum de omnibus Sacrificijs.

CAP. VIII.

NVnc verò, vt res omnium obscurissima magis aperiatur, de iisdem iterum simul agemus. ac primum diuisionem eorū ex Iosepho afferemus, ex clarè qua itē differētia, quæ inter illa intercedebat. extabit, dein de multis ex sacra historia sacrificijs profertendis rationem omnium dilucidius explicabimus. Sic igitur inquit Iosephus: *Duo sunt sacrificia, vnum, quod à priuatis, alterum, quod à populo celebratur, & quidem vtrumque duobus modis. aut enim totum, quod immolatur, incenditur, & propterea nomen holocaustis habet, aut pro gratiarum actione persoluitur, & ad epulas immolantium exhibetur. Vir priuatus HOLOCAUSTVM faciens immolat bouem, agnum, & hædum annicula, boues etiam maiores. & hæc omnia masculini generis holocausta sunt. his autem casis limbum altaris sanguine imbuunt sacerdotes: deinde purgantes ea membratim incidunt, & sparsa saie omnia super altare imponunt lignis instructum, & subrecto igne accensum. Pedes autem cum secore purgantes inter adpem vnà cum alijs offerunt,*

pel-

pelles autem sacerdotes accipiunt. a: que hoc qui-
 dem Holocaustum est. Pro GRATIARVM
 verò actione sacrificium facientes eadem anima-
 lia mactant, sed matura, & anniculis grandio-
 ra, ac mascula feminis copulata, & hac immola-
 tes fundunt sanguinem super aram, renes autem
 & adipem, & omnem pinguedinem cum reticu-
 lis iecorum, & cum his caudam agni superpo-
 nunt aræ. Pectora verò, & crura dextra sacer-
 dotibus præbent, & duobus diebus reliquis car-
 nibus epulantur, quæcunque verò remanserint,
 cremant. Eadem verò etiam ratione pro PEC-
 CATIS hostia celebratur. qui verò victimas
 maiores non habent, offerunt columbas, aut tur-
 tures duas, quarum una est in holocaustum Deo,
 altera sacerdotibus datur ad cibum. Qui per ig-
 norantiam peccat, agnum, & hædum feminam
 eorundem annorum offert, & sanguinem fun-
 dit sacerdos in aram, sed non sicut prius, verum
 angulorum tangit extremitates, & renes alium-
 que adipem cum reticulo iecoris super altare
 imponunt. sacerdotes autem tollunt & pelles, &
 carnes ea die consumendas in templo. lex enim
 in crastinum non relinquitur. Qui verò pec-
 cat. sibiq; conscius est. sed neminem habet qui ip-
 sum possit arguere, arietem immolat lege præci-
 piente. cuius carnes in templo sacerdotes similiter
 comedent ea die. Principes autem peccantes
 sacrificando eadem offerunt, quæ privati pla-

*cant autem Deum offerendo ad sacrificia tauri,
& hœdum masculos. Lex autem precipit, in
publicis, & privatis sacrificijs etiam. FARINA
NAM mundissimam adijci, in agno quidem
asserij mensuram, in ariete verò duorum, in tau-
ro trium, & hanc sanctificant super altare oleo
mixtam, nam & oleum offertur ab immo-
lantibus, in boue bin medietatem, in ariete autè
huius mensura tertiam partem, & quartam in
agno. Hinc autem mensura Hebræorum anti-
qua duos Choas Atticos recipit, secundum
quam mensuram & vinum offerunt. Hæc Io-
sephus. Ex quibus clarè omnium sacrificio-
rum Holocausti, Pacificorum, & pro Pecca-
to ratio perspicitur potest, & præcipuè, ut om-
nibus sacrificijs Libamina, id est, farina mû-
dissima, siue similia, sint adiecta.*

Nunc, ut idem confirmemus, varia etiam
ex varijs locis in vnum sacrificia confere-
mus. Iosue viij *Et obtulit super altare holocau-
sta Domino, immolavitq, Pacificas victimas. &
xxij. Ut holocausta, & sacrificium, & pacificas
victimas super eo altari imponeremus. In-
de Iudicum vj. Gedeon coxit hœdum, & de fa-
rine modio azymos panes, carnesq, ponens in
canistro, & ins carniū mittens in ollam, tulit
omnia sub quercu, & obtulit Deo, cui angelus do-
mini: Tolle carnes, & azymos panes, & pone su-
pra petram illam, & ins desuper funde. cumq,*
fecisset

fesisset ita : exiendit angelus Domini summita-
 tum virge, quam tenebat in manu, & tetigit car-
 nes, & panes azymos, ascenditq; ignis de petra,
 & carnes, azymosq; panes consumpsit. Tum Re-
 gum primo: Tulu Samuel agnum lactentem
 unum, & obtulit illum holocaustum integrum
 Domino, & clamauit ad Dominum pro Israël,
 & exaudiuit eum. Dominus: Et decimo: Ego
 descendam ad te, ut offeras oblationem, & im-
 moles victimas Pacificas, & xiiij. Afferte mihi
 holocaustum, & Pacifica. Item: Dixi: nunc de-
 scendent Philistim ad me in Galgala, & faciem
 Domini non placavi, necessitate compulsus obtu-
 li holocaustum, & vj. secundi: Obtulit David ho-
 locausta, & Pacifica coram Domino. & tertio
 tertij: Salomon obtulit holocausta, & fecit victi-
 mas pacificas. & nono: Offerebat Salomon ter
 quotannis holocausta, & pacificas victimas su-
 per altare, quod edificauerat Domino. & quartū
 sextodecimo: Immolauit Achaz rex holocau-
 sta, & sacrificium suum, & libauit Libamina,
 & fudit sanguinem Pacificorum, que obtulerat
 super altare. & paulò post: Super altare maius
 off. r holocaustum matutinum, & sacrificium
 vespertinum, & Holocaustum regis, & Sacrifi-
 cium eius, & Holocaustum vniuersi populi terre,
 & sacrificium eorum, & libamina eorū, & omnē
 sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem
 victime super illud effunde. & xxix. secundi:

Accedite, & offerite victimas, & Laudes in domo Domini græcè ἀνασφύρατε θυσιάς ἀρέσεως, i. offerite sacrificia Laudis. & sequenti: *Comederunt septem diebus solemnitatis immolantes victimas Pacificorum, & laudantes Dominum Deum.*

Verū multo illustrius eadē ex xxix. secundi percipiuntur. vb: *Holocautum, & Pro peccato per partes exponuntur: Obiulerunt simul tauros septem, & arietes septem agnos septem, & hircos pro peccato septem, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. dixitq; rex sacerdotibus filijs Aaron ut offerrent super altare Domini. Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt SANGUINEM sacerdotes, & fuderunt illum super altare, mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt, immolaueruntq; agnos, & fuderunt super altare sanguinem, applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & uniuersa multitudine, imposueruntq; manus super eos. & immolauerunt eos sacerdotes, & asperserunt sanguinē eorum corā altari pro piaculo uniuersæ Istraëlis. Pro omni quippe Istraëti preceperat rex ut holocausta fieret, & pro peccato. & mox: Obiulit uniuersa multitudo hostias, et Laudes, & holocausta mente deuota. & post: Fuerunt ergo holocausta plurima, adipēs Pacificorum, & Libamina holocaustorum. Demum sexto Esdræ: Obiulerunt in dedicatione domus*
Dei

Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum Pro peccato totius Iſraël duodecim. & Maccabæorum quarto: Obtulerunt Hoſocaustum cum letitia, & Sacrificium Salutaris, & Laudis. Atque hæc quidem in ſacris hiftoriarum libris reperiuntur. Quinetiam Prophetæ eorundem ſacrificiorum meminere, vt Dauid Pſalmo xxxix: Sacrificium, & oblationem noluiſti, Hoſocaustum, & Pro peccato non poſtulaſti. & Ezechiel xlv. Ipſe faciet pro peccato ſacrificium, & Hoſocaustum, & Pacifica ad expiandum, pro domo Iſraël. & Prouerbiorum vij. Victimæ pro Salute deuoti, vota hodie reddidi.

Iam verò quoniam sæpè ſacrificium Iuſtitie, & Laudis non propriè, ſed tranſlatè uſurpatum reperitur id eſt, non pro cruenta immolatione, ſed pro opere charitatis, & pietatis, quod internum ſacrificium dicitur, id vnde manauerit, exponendum. Hebræi cruentis ſacrificijs adeo ſtudebant, vt ea ſola curantes opera charitatis erga proximum, & pietatis erga Deum omitterent, quorum illud dicitur Iuſtitie, hoc Laudis. Deus autem, vt eos corrigeret, atque officij ſui admoneret, poſt sæpè teſtatus eſt, ſe nolle hoſoauſta, & cætera ſacrificia victimarum, ſed ſacrificium iuſtitie, & laudis, id eſt vt charitas adhiberetur erga proximum, &

pietas erga se, sibi que potius animo gratiæ agerentur, quàm sanguine immolaretur. De iustitia scriptum est tertio Prouerbiorum: *Facere iustitiam, & iudicium magis placet Domino, quàm uictima.* Significat enim placere magis Deo, vt custodiatur lex, cuius partes due sunt, iudiciũ, & Iustitia, quẽ vt cruentum fiat sacrificium, & Psalmo xxxix. *Sacrificium, & oblationem noluisti, holocaustum, & Pro peccato non postulasti.* & quarto: *Facite sacrificium Iustitiæ, & sperate in Domino.* Item Osee: *Misericordiam volui, & non Sacrificium.* Rem autem ita habere etiam docuerunt, qui Euangelium tradiderunt: S. Iacobus primo. *Religio munda & immaculata est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum.* S. Marcus xij. *Diligere proximum, tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis.* S. Paulus Hebr. xij. *Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostijs promeretur Deus.* De laude verò Psalmo xlix. cum enim negasset Deus, se sacrificia victimarum ab homine postere, quia bobus non egeret, demum infertur: *Immola Deo sacrificiũ laudis, id est, lauda Deum, & cxv. Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen tuum inuocabo.* & cxvi. *Sacrificet sacrificium laudis.* Atque hoc ita esse, docuit S. Paulus eodem in loco, inquit: *Offeramus hostiam laudis*

Deo

Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Sic enim dixerat Osee xiiij. *Omne aufer iniquitatem, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.*

D: Confessionibus. CAP. IX.

Sacrificijs porrò iunctæ fuere Confessiones. Confessionem verò appellauere Laudem, in qua in sacrificijs Dei bonitatem, & misericordiam extulerunt, his fermè verbis: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.* Quibus vocibus etiam modos musicorum instrumentorum adiecerunt, vt Psalteriorum, cithararum, cymbalorum, tubarum, & organorum. Hæc verò maximè instituto Dauidis regis. Quarum laudum hæc testimonia habemus. Primo Paralipom. xxij. in holocausto faciendo tempore Dauidis: *Leuite stent mane ad confitendum, & canendum Domino, similiterq, ad vesperam tam in oblatione holocaustorum Domini quàm in Sabbatis, & Calendis, & solemnitatibus reliquis.* & quinto secundi: *Leuite cantores cymbalis, & psalterijs, & citharis concrepabant, & cum eis sacerdotes centum viginti canentibus tubis. Igitur cunctis pariter tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longè sonitus audie.*

audiebatur, cum Dominum laudare cœpissent,
 & dicere: Confitemini Domino, quoniam bonus,
 quoniam in seculū misericordia eius. & xxxix.
 Cumque offerrentur holocausta, cœperunt lau-
 des canere Domino, ac clangere tubis, atque in-
 diuersis organis, que David rex Israël prepa-
 rauerat concrepare. omni autem turba adoran-
 te cantores, & ij, qui tenebant tubas, erant in
 officio suo, donec completeretur holocaustum.
 & xxx. Constituit Ezechias rex turmas sacer-
 dotales, & Leuiticas ad Holocausta, & Paci-
 fica, ut ministrarent, & conficerentur, & can-
 rent in portis castrorum Domini. & Esdræ ter-
 tio: Fundato à camentarijs templo Domini, ste-
 terunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Le-
 uite filij Asaph in cymbalis, ut laudarent De-
 um per manus David regis Israël, & concine-
 bant in hymnis, & confessione Domino, Quoni-
 am bonus, quoniam in seculum misericordia
 eius. Hinc illa sunt in Psalmo cj. Confessio, &
 magnificentia opus eius & xvj. primi Paralip.
 Confessio, & magnificentia coram Deo & Eccle-
 siastici xxxix Benedicite Domino in operibus
 suis, date nomini eius magnificentiam, & confite-
 mini illi in voce labiorum vestrorum. & Esdræ
 ix Et nunc date confessionem, & magnificenti-
 am Domino Deo patrum nostrorum. Videtur e-
 nim fuisse magnificentia idem, quod magni-
 ficatio, id est, excellens, & magnifica quædā lau-
 lau-

laudatio, & amplius aliquid, quàm confes-
sio, & laus, quæ à Græco interprete ὁμολόγη-
σις, & ἄνεσις dicuntur. vnde illud: *Magnifi-
cat anima mea Dominum.* De confelsionibus
verò post iterum agetur, vbi disputabitur
de Cantoribus.

De Sacrificio Consecrationis.

CAP. X.

HIS sacrificijs traditis continenti ordine
Lex alia quædam sacrificia adiicit, quæ
non omnibus communia, sed singulorum
propria extiterunt, quorum vnum Confe-
crationis, alterum Mundationis, tertium
Expiationis est dictum. De quibus sequitur
vt sigillatim agamus.

Sacrificium ergo **CONSECRATIO-**
NIS siue τελειώσεως dictum est, quod ad so-
los pertinuit sacerdotes ratione suæ conse-
crationis, quodque iisdem offerre mane, &
vespere tenebantur in die vnctionis suæ, ló-
gè ab eo diuersum, quo ipsi vncti consecra-
bantur, de quo dicemus tum, cum de Ponti-
fice differemus. De hoc verò ita in lege præ-
ceptum est Leuitici cap. vj in quo etiã de
superioribus agitur: *Dixit Dominus ad Moy-
sem. Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius,
quam offerre debent Domino in die vnctionis
sue. Decimam partem ephi offerent simul in
sacri-*

sacrificio sempiterno, medium eius mane, & medium eius vespere, quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. offeret autem eam calidam in odorẽ suavitissimam Domino sacerdos, qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. Esse autem sacrificium vnum ex senis à nobis ante propositis, apparet, cum Lex ita eodem loco concluditur: Ista est lex holocausti, & sacrificij Pro peccato, atque delicto, & pro Consecratione, & Pacificorum victimis, quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quando mandavit filiis Israël, ut offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

De Sacrificio Mundationis. CAP. XI.

IAM verò sacrificium, quod diximus Mündationis, relatum est ad labem puerperæ, leprosi, viri semini flui, & mulieris menstruosæ, ut Expiationis ad Sanctuarium, & populum labe pollutum.

De mundatione autem puerperæ sic scriptum est Leuitici cap. xij *Mulier si suscepit semine pepererit masculinum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstrua. & die octavo circumcidetur infans; ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec*

in.

ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis sue: si autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sue.

Cumque expleti fuerint dies purificationis sue, pro filio, siue pro filia deferet agnum anniculum in Holocaustum, & pullum columbae, siue turturam pro peccato ad ostium Tabernaculi Testimonij, & tradet sacerdoti, qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluvio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculinum, aut feminam. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in Holocaustum, & alterum pro peccato, orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Hinc illa sunt apud S. Lucam de beata virgine: Et postquam impleti sunt dies purgationis eius, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, Quia omne masculinum adaperiēs vuluā, sanctum Domino vocabitur. et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini par turturam, aut duos pullos Columbarum.

De mundatione verò leprosi deinceps agitur xiiij. & xiiij. Primum autem docetur, ut leprosus adducatur ad pōtificem, siue ad sacer-

sacerdotes, eorumque cognitioni, & iudicio permittatur, vtrum color ille, qui in facie hominis natus est, verè lepra sit necne. cuius rei dignoscendæ multa documenta præbentur. deinde verò ratio mundationis affertur his verbis : *Hic est ritus leprosi quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem, qui egressus è castris cum inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei, qui purificatur, ut offerat duos passeris viuos pro se, quos veli licitum est, & lignum Cedrinum, vermiculumq; & byssopum. & unum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes, alium autem viuum cum ligno Cedrino, & cocco, & byssopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum, qui mundandus est, septies, ut iure purgetur, & dimittet passerem viuum, ut in agrum auolet. & reliqua, quæ propter longitudinem omittuntur. nam in hac re præcipua locum indicasse, satis videtur.*

De viro porrò semini fluo traditur xv. atque vbi signa immunditiæ illius indicata sunt, infertur : *Si sanatus fuerit, qui huiusmodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus, & toto corpore in aquis viuentibus erit mundus, die autem octauo sismet duos turtures, aut duos pullos columbe, & veniet in conspectum Domini ad ostium Tabernaculi Testimonij, dabitq; e.*

os sacerdoti, qui faciet unum Pro peccato & alterum in Holocaustum, rogabique pro eo coram Domino, ut emundetur à fluxu seminis sui.

Deinceps de muliere menstruosa sic precipitur: *Mulier, quæ paritur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ, post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subiacet huic passioni, immunda erit, quasi sit in tempore menstruo, Omne stratum in quo dormierit, & vas, in quo sederit, pollutum erit, quicumque tetigerit eam, lauabit vestimenta sua, & ipse locus aqua, immundus erit usque ad vespertum. Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ, & die octauo offeret pro se Sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostiũ Tabernaculi Testimonij, qui unum faciet Pro peccato, & alterum in Holocaustum, rogabitq; pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditie eius. Ista est lex eius, qui paritur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & quæ mensuris temporibus separatur, vel quæ in se fluit sanguine, et hominis qui dormierit cum ea.*

De Sacrificio Expiationis. CAP. XII.

HIS traditis additur inde de Sacrificio Expiationis, siue Propitiationis. Fuere verò Expiationes vnus, vt dictum est. ex

N

die-

diebus festis celeberrimis anni, die decima Septembris magna cæremonia celebratus. Eo verò die pontifex pontificalibus vestimentis indutus, ac Sancta sanctorum ingressus, vniuerso populo ieiunante præcipuum quoddam sacrificium fecit, quo Sanctuarium ab labibus populi, præuaricationibus cæterisque peccatis purgauit. Id autem his verbis traditur capit. sextodecim os: *Loquere ad Aaron, ne omni tempore ingrediarur Sanctuarium, quod est intra uicium coram Propitiatorio, quo tegitur Arca ne moriatur, nisi hæc ante fecerit. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in Holocaustum, tunica linea vestietur, femoralibus lineis uerenda celabit, accingetur Zona linea, cidarim lineam imponet capiti, suscipietq; ab uniuersa multitudine filiorum Israël duos hircos pro peccato, & unum arietem in Holocaustum, cumq; obtulerit vitulam, & orauerit pro se, ac pro domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino in ostio Tabernaculi in testimonij, mittensq; super utrumque sortem, unam Domino, & alteram capro emissario, cuius exierit fors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium, statuet eum uinum coram Domino, ut fundat preces super eum, & emittet eum in solitudinem. His rite celebratis offeret uinum, & rogans pro se immolabit eum, assumptiq; iheribulo, quod de prunis alta-*

ris implenerit, & hauriens manu compositum
 thymiana in incensum, ultra velum intrabit in
 Sancta, ut possit super ignem aromatibus nebu-
 la eorum, & vapor operiat Oraculum quod est
 super Testimonium, & nō moriatur. Tolle quo-
 que de sanguine vituli, & asperget digito septies
 contra Propitiatorium ad Orientem, cumq; ma-
 etauerit hircum pro peccato populi inferet san-
 guinem eius i:tra velum sicut praeceptum est de
 sanguine vituli, ut aspergat è regione Oraculi,
 & expiet Sanctuarium ab immunditijs filiorū
 Israël, & à prauaricationibus eorum, cunctisq;
 peccatis. Nullus hominum sit in Tabernaculo,
 quando pontifex Sanctuarium ingreditur, ut ro-
 get pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso coe-
 lu in Israël, donec egrediatur. Cum autem exie-
 rit ad altare, quod coram Domino est, oret pro
 se, & sumptum sanguinem vituli, atque hirci
 fundet super cornua eius per gyrum, aspergens-
 que digito septies expiet, & sanctificet illud ab
 immunditijs filiorum Israël. Postquam autem
 emundauerit Sanctuarium, & Tabernaculum
 & altare, tunc offerat hircum uiuentem, & posi-
 ta utraq; manu super caput eius confiteatur oēs
 iniquitates filiorum Israël, & uniuersa delicta,
 atq; peccata eorum, quae imprecans capiti eius
 emittet illum per hominem paratum in de-er-
 tum. Cumq; portauerit hircus omnes iniquita-
 tes eorum in terram solitariam, & dimissus

fuerit in Deserto, reuertetur Aaron in Tabernaculum Testimonij, & depositis vestibus, quibus indutus prius erat, cum intraret Sanctuarium, relictisq; ibi lauabit carnem suam in loco sancto indueturq; vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum, ac Plebis, rogabit tam pro se, quam pro populo, & adspem, qui oblatus est pro peccatis, adolbit super altare. ille vero, qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulum autem, & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in Sanctuarium, ut expiatio cõpleretur, asportabunt foras castra, et cõburent igni tam pelles quam carnes, ac simũ, & quicũq; cõbuserit ea, lauabit vestimenta sua, & carnem aqua. & sic ingredietur in castra. Erutq; vobis hoc legitimum sempiternum.

De Oblatione incensi. CAP. XIII.

PRæter Sacrificia verò, quæ diximus, erat etiam quotidiana oblatio incensi in altari thymiamatis, & hæc verò cuiusmodi fuerit, explicabitur, primũ quæ in Lege, deinde quæ extra legem reperiuntur, allatis. Exodi xj. Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum, in quo adoletur incensum coram Arca Testimonij Posuit & altare aureum sub tectio Testimonij contra velam, & adoleuit super eo incensum aromatum, & xxx. vbi agitur

agitur de altari thymiamatis constituendo: Et adolebit incensum super eo Aaron suave fragans mane. quando componet lucernas, incendet illud, & quando collocabit eas ad vesperam, uret thymiana sempiternum coram Domino in generationes vestras. Quomodo verò, & ex quibus aromata fierent, supra ostendimus, cum de Tabernaculo disseruimus. Hec in Lege. Nunc quæ extra legem. Secundo secundi Regum: *Elegi Aaron ex omnibus tribubus Israël mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum. & adoleret mihi incensum. & nono tertij: Offerebat Salomon ter quotannis Holocausta, & Pacificas victimas super altare, quod edificauerat Domino, & adolebat thymiana coram domino. & xxij. Adhuc populus adolebat incensum in Excelsis. & vj. primi Paralip. Aaron, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, et super altare thymiamatis in omne opus Sancti sanctorum. & xxvj. secundi: Cum roboratus esset Ozias rex Iude, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusq; Templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. statimq; ingressus est post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta resisterunt regi, atque dixerunt. Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aa-*

non, qui consecrati sunt, ad huiusmodi mini-
 sterium. egredere de Sanctuario, ne contempseris,
 quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Do-
 mino. D: o. iratusq; Ozias, & tenens in manu
 thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur
 sacerdotibus. statimq; est orta lepra in fronte eius,
 coram sacerdotibus. & xxix. Patres vestri reli-
 querunt Deum, incensum non adoluerunt, &
 holocausta non obtulerunt in Sanctuario D E O
 Israël. & Isaïæ primo: Holocausta arietum no-
 lui, incensum abominatio est mihi. Quib. adijci
 quoq; potest locus S. Lucæ insignis: Cũ sacer-
 dotio fungeretur Zacharias in ordine vicis sue
 ante Deum secundum consuetudinem sacerdo-
 ty, sorte exijt, ut incensum poneret, ingressus in
 templum Domini. & omnis multitudo populi e-
 rat foris orans hora incensi. De oblatione ve-
 rò thuris sic disertè tradidit Philo in libro
 de sacrificantibus: Lex iubet duo poni altaria,
 materia, loco, vsuq; differentia. Alterum enim
 è saxi collectius impositis extruitur in atrio
 iuxta templi vestibulum ad immolandas victi-
 mas, alterum verò aureum situm est post pri-
 mum velum in penetralibus, nemini cõspicuum,
 nisi sacerdotibus functionis sue tempore casti-
 tem seruantibus quod factum est adolendis odo-
 ribus. Unde liquet, nec à thuris oblatiã ab homi-
 ne pio Deo gratiore esse multis hostijs si offerẽ-
 ts non adsit probitas. quanto enim aurum pro-
 stat

stat lapidibus, & adyrum vestibulo, tan'o accep-
tor est sufficiens gratiarum actionis, quam materia
victima: ideo non solum materia pretio, arti-
ficium opere, sanctitateq, loci ara hec angusta fa-
cta est, sed & hoc, quòd apud eam, quondam sa-
cerd exordium sumunt à gratiarum actionibus.
non est enim fas immolare foris, priusquam
in eis summo mane sufficiens factus sit: quo signifi-
catur nihil aliud, nisi Deum non delectari victi-
marum multitudinem, sed offerentis bona mente
ac spiritus puritate.

De donis sacris. CAP. XIII.

HActenus de sacrificijs. Nunc de donis
sacris agamus, quæ in hoc diuersa à sa-
crificijs fuerunt. quòd in sacrificijs oblatio-
nes aut ex toto, aut ex parte consumptæ sūt,
in donis integræ, atque illæ servatæ sunt.
Hæc verò aut ex Lege, aut ex voto, aut ex
pura voluntate data sunt. Vnde illud est Nu-
merorum xxix. *Hec offeretis Domino in so-
lemnitatibus vestris, præter vota, & oblationes
spontaneas* Ex lege, ut primitiæ decimæ &
pecunia sacra, de quibus in vniuersum Deu-
teronomij duodecimo: *Non facietis ita
Domino Deo vestro, sed ad locum, quem elegerit
Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris,
ut ponat nomen suum ibi, et habitet in eo, venietis.*

& offeretis ei loco illo holocausta, & victimas vestras, & decimas, & primitias manuum vestrarum, & vota, atque donaria primogenita bouum, & ovium.

De Primitijs, & Decimis.

CAP. XV.

PRimitiæ porrò diæ, quæ cuiq; primo, siue ex animalibus, siue ex hominibus, siue ex semine terræ orta sunt. Decimæ, omnium fructuum, quos singulis annis è terra, & pecoribus eliciebant, pars decima. Primitiæ verò siue ex lege, siue ex voto oblatæ v. sui sacerdotum cedebant.

De primitijs Legis sic præcepit Deus Exodi xxij. *Primitias tuas non tardabis reddere. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. de bobus quoque, & ovibus similiter facies. septem diebus sic cum matre sua. die octava reddes solum mihi. & sequenti: Primitias frugum terre tue offeres in domum Dei tui. & Num. vii. v. Omnes primitiæ quas offerent filii Israël, ad sacerdotem pertinent. & quicquid in Sanctuarium offerunt à singulis, & trahunt manibus sacerdotis, ipsius erit.*

De votivis autem primitijs Deus loquens ad Aaron & Leuitas, sic xvij. dixit: *Primitias, quas tulerint, & obtulerint filij Israël, tibi dadi, & filiis tuis, & filiabus tuis iure perpetuo.*

qui

qui mundus est in domo sua, vescetur ex eis. omnem medullam olei, & vini, & frumenti quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi, et vniuersa frugum initia, quae gignit humus, & Domino deportantur, cedent, in usus tuos. qui mundus est in domo tua, vescetur ex eis. Omne, quod ex voto reddiderint filij Israël, tuum erit. Docuit inde, vt primogenita hominum, & animalium immundorum redimerentur, bouum verò, ouium, & caprarum, non item: Quidquid, inquit, primum erumpit è vulua cuncta carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita dumtaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal, quod immundū est, redimi facias. cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarij. siclus viginti obolos habet. primogenitum autem bouis, & ouis, & capra non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. sanguinem tamen eorum fundes super altare, & adipem adolebis in suauissimum odorem Domino carnes verò in usum tuum cedent, sicut pectus, & ceterum consecratum, & armus dexter, tua erunt. Fuit etiam dies festus, in quo Messis primitiæ ex Lege offerebantur. de quo supra diximus

De decimis porrò hæc in Lege comperimus, primum, vt Deo offerantur, deinde, vt

ad vsum sacerdotum traducantur. Exodi
xxij. *Decimas tuas non tardabis reddere.*
Leuitici xxvij. *Omnes decime terre siue de po-
nis arborum siue de frugibus, Domini sunt, &
ille sanctificatur. Omnium decimarum bouis,
& ovium, & capre que sub pasto-
ris virga trans-
eunt, quidquid decimum venerit, sanctificabi-
tur Domino.*

Ceterum S. Hieronymus super Ezechie-
lem quattuor genera decimarum elicit ex
verbis Legis; vnā, quam populus Leuitis
dabat, alteram, quam ex suis decimis Leui-
ta dabant sacerdotibus, de quibus amba-
bus scribi inquit Numer. xvij. *Precipe Le-
uitis, atque denunciate. Cum acceperitis à filiis
Israël decimas, quas dedi vobis, primitias earū
offerite Domino, id est decimam partem decime,
ut reputetur vobis in oblationem primitiuorum
tam de areis, quam de torculari, & uniuersi-
quorum accipitis primitias offerite Domino, &
date Aarō sacerdoti omnia que offeretis ex De-
cimis, & in donaria Domini separabitis, opti-
ma, & electa erunt cuncta.*

Tertium inde genus decimæ fuit, inquit
ille, quam vnusquisque de populo Israel in
suis horreis separabat, vt comederet eam
proficiscens ad Templum in vestibulo e-
ius, & Sacerdotes, ac Leuitas inuitaret ad cō-
uiuium, de qua Deuteronomij xiiij. *Deci-*

nam partem separabis de cunctis fructibus iuis
 is que nascuntur in terra per annos singulos. &
 comedes in conspectu Domini Dei tui in loco,
 quem elegerit, ut in e nomen eius iuraretur, de
 cimum frumenti tui. & vini, & olei, & primo-
 gena ac armentis. & ouibus tuis, ut discas re-
 vere Dominum Deum tuum omni tempore.
 cum autem longior fuerit via. & locus, quem e-
 legit Dominus Deus tuus, tibiq; benedixerit, nec
 potueris ad eum cuncta portare, vendes omnia,
 & in pretium rediges, portabisq; manũ tua, &
 proficisceris ad locum, quem elegerit Dominus
 Deus tuus, & emes ex eadem pecunia quicquid
 tibi placuerit siue ex armentis, siue ex ouibus, vi-
 num quoque, & siceram & omne, quod d. sice-
 rat anima tua, & comedes coram Domino Deo
 tuo, & epulaberis tu. & domus tua & Leuita,
 qui intra portas tuas est. caue ne derelinquas e-
 um, quia non habet aliam partem in possessione
 tua, tandem verò præceptionem supra xij.
 quoque capite posuerat, inquit: Ad locum
 quem elegerit Dominus, omnia, que præcipio, iō
 feretis, bñcausta, & hostias, & decimas, &
 primitias manuum vestrarũ, & quicquid præ-
 cipuum est in muneribus que vouistis Domino,
 ibi epulabimini coram Domino Deo vestro vos,
 ac filij, ac filie vestrae, famuli, & famulae, Leui-
 tes, qui in urbibus vestris commorantur. neq; e-
 nim habet aliam partem, et possessionem inter vos,
 & xvij.

& xvij. Deut. Non poteris comedere in oppidiis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, sed coram Domino Deo tuo in eo loco, quem ipse elegerit & Tobie primo: Pergebat in Hierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat eum, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offeres ita ut in tertio anno profelytis & aduenis ministraret omnem decimationem. Sunt tamé, qui à S. Hieronymo dissentiant, & tertiam hanc decimam eandem esse cum prima contendunt. licitum autem fuisse, ex prima decima aliquid sumere, & cum Leuitis in templo epulari.

Quarta verò decima fuit quæ non singulis annis, sed tertio quoque recondebatur ad pauperes sustinendos. De qua Deuteronomij xliij. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore, & repones intra portas tuas. Venietq; Leuites, qui aliam non habes partem, nec possessionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, et vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, ac saturabuntur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, quæ feceris. item cap. xxvj. Quando compleueris decimam cænetarum frugum tuarum, anno decimæ: um tertio dabis Leuitæ, & aduina, & pupillo, & viduæ, ut comedant intra portas tuas, & saturentur.

Hæc in Lege. Post Legem inde eadem obseruata sunt. vt xxxj. secundi Paralipo. Precepit Ezechias Rex populo habitantium Hierusalem, vt darent partes Sacerdotibus, & Levitis, vt possent vacare legi Domini. Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filij Israël, frumenti, vini, & olei, mellis quoque, & omnium que gignit humus, decimas obtulerunt. Sed & filij Israël, & Iuda, qui habitabant in urbibus Iuda, obtulerunt decimas bouum, & ouium, decimasque sanctorum, que vouerant Domino Deo suo, atque uniuersa portantes fecerunt, acernos plurimos.

Post reditū inde è Babyloniæ primitiæ, & decimæ ad Gazophylacium deferri cœptæ, Neemiæ x. Sortes misimus, vt offerremus primogenita terra nostra & primitiua uniuersi fructus: omnis ligni ab anno in annum in Domum Domini. & primitiua filiorum nostrorum, & pecorem nostrorū sicut scriptum est in Lege, & primitiua bouum nostrorum, & ouium nostrorum, vt offerrentur in domo Dei nostri sacerdotibus, qui ministrant, in domo Dei nostri, & primitias ciborum nostrorum, & Libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei offerremus sacerdotibus ad Gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terra nostra Levitis. Ipsi Levitæ decimas accipient, ex
omni.

omnibus ciuitatibus operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum. Et Leuita offerent decimam partem decime suae in domo Dei nostri ad Gazophylacium in domo thesauri ad Gazophylacium enim deportabunt filij Israë, & filij Leui primitias frumenti, vini, & olei, & ibi erunt uasa sanctificata.

Pharisæi inde adeo exactè legem sibi obseruandam putarunt, vt etiam decimas minorum olerum darent. quod Christus arguit apud S. Lucam xj. *Ue vobis Phariseis, quia decimas mentam, & rutam, & omne otus & preteritis iudicium, & charitatem Dei. Hac autem oportuit facere, & illa non omittere.*

De Sacra pecunia, & Gazophylacio.

CAP. XVI.

SACRA verò (hoc enim ex propositis sequitur) pecunia fuit, quæ Siclus est dicta, quâ pretium pro animabus suis dabant Domino, in vsum Tabernaculi, sic præcipiente Deo. Exodi xxx. *Quando uuleris summam filiorum Israël iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino. & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sichi iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet, media pars sichi offeretur domino. Qui*

ha-

habetur in numero à viginti annis, & supra, dabitur pretium. Dives non addet ad medium, facti, & pauper nihil minuet, susceptamq; pecuniã, quæ collata est à filiis I raë, tradet in usus Tabernaculi Testimonij, ut sit monumentum coram coram Domino, & propicietur animabus earum. Hanc ergo pecuniam per multos annos sacerdotes constituto templo exegerunt, deinde exigere desierunt.

Post autem cum ad sarcendum templum pecunia esset opus, neque ullam sacerdotes haberent, quod exigere destitissent, Ios rex iterum solui voluit, ac propterea arcam instituit, in quam omnes in templum ingrediente, pecuniam illam conferrent. eam arcam Perlico, & Græco vocabulo GAZOPHYLACIVM quia gazam custodiret, & Syriaco Corbogam appellarunt. Hac de re sic in Regum i i j. cap. x i j. Dixit Ios ad sacerdotes: *Omniem pecuniam sartorum quæ infertur in templum Domini à pretereuntibus pecuniam pretij, & quã sponte pro arbitrio cordis sui inserunt in templum Domini, accipiant sacerdotes quisq; ab exactione sua, & instaurant sarta tecta domus, si quid opus viderint, instauracione. Igitur usque ad vicissimum tertium annũ regis Ios non instauraverunt sacerdotes sarta tẽpli, vocantq; rex Ioiadã pontificem, & sacerdotes dicẽs eis: Quare sarta tecta*

teda non instaurastis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam, ab exactiōe vestra, quando ad instauratiōem templi daturi non estis illam. Et consenserunt sacerdotes, ne ultra acciperent pecuniam, à populo causa sanctorum domus. Et sumpsit Ioiada Gazophylacium unum, aperuitq; foramen in ianua eius. & posuit iuxta altare ad dextram ingredientiē Domus Domini, & dederunt in id sacerdotes, qui custodiebant ostium, omnem pecuniam, quæ deferebatur in templum. cumq; videret nimiam pecuniam esse in Gazophylacio, ascendit Scriba Regis, & Pontifex, & argentarii, effuderuntque, & numerarunt pecuniam, quæ inuenta est in domo Domini, & dederunt eam promptam in manus operariorum domus Domini. Item secundo Paralipom. xxij. Proferam verò verba Græcæ translationis, quia aliqua ex parte clariora sunt, eadem tamen manente sententia: Conuocauit Ioa sacerdotes, & Leuitas, & dixit eis: Exite in vrbes Iudæ, & cogite ex omni Israël pecuniam, ut sarciatur domus Dei in singulos annos, & festinate indicare. & Leuitæ non festinarunt. Et vocauit Ioa Ioiadam Pontificem, & dixit ei: Cur non vidisti de Leuitis, ut exigent de Iuda, & Hierusalem, quod iudicatum est à Moyse, quando conuocauit Israël in Tabernaculum Testimonij, quia Gotholia fuit ex' ex, &

fily eius dissiparunt domum Dei. Fiat arca, & ponatur in porta domus Domini extrinsecus, & edicant in Iuda, & Hierusalem: Conferes Domino, ut dixit Moyses ad Israë! in deserto. Et dederunt omnes principes, & cunctus populus, & contulerunt, & coniecerunt in arcam, ita, ut compleretur, & attulerunt arcam ad Prepositos regis per manum Leuitarum, & viderunt, quod abundabat pecunia, & venit Scriba Regis, & Prepositus magni sacerdotis, & exhaurerunt arcam, & posuerunt in loco suo, & ita fecerunt in dies, & coaceruauerunt argentū multum, & dedit Rex, & Ioiada sacerdos facientibus opera in opificium domus Dei. Hæc autem eadem Iosephus aliqua quoque ex parte clarius prodidit. Ioam, inquit, regem cupido resarciendi templi incessit, atque accito ad se Ioiada Pontifice iussit, ut in omnem mitteret regionem Leuitas, & sacerdotes, qui exigent pro vniuscuiusq; capite dimidium siclum argenti ad instauracionem templi, quod à Ioram Gotholia, & filijs eorum videbatur esse destrutum. Pontifex verò hoc non fecit, sciens, à nimine conferri argentum. tertio verò, & viceesimo anno regni sui Ioas Pontificem, & Leuitas negligentia arguens iussit, ut in proximum annum de templi instauracione prospicerent. Itaq; Ioiadas consilium, quod gratum fuit populo, adhibuit. fecit namque ligneam arcam, & vndique

muniens eam, unum ei foramen aperuit. quam ponens in templo iuxta sacrarium, mandauit singulis, ut quantum vellent, in eam mitterent, per foramen pro temp'li reparatione. ad quod opus libenter populus omnis accessit. & multum argenti, multumq; auri intulit. Quo facto euacuantes arcam presente rege scriba simul, & sacerdotes argentum enumerauerunt, quod fuerat illatum, deinde eam in eod. loco reposuerunt, idq; quotidie obierunt. Gazophylacio inde cōstituto, pecunia à Iosia rege templū sarcituro iterum hausta est. sic enim iiii. Regum scriptum est: *Misi Iosias Rex Scribam templi ad Helciam sacerdotem magnum, ut conficeret pecunia, que illata est in templum Domini, quam collegerunt ianitores templi à populo, de urq; fabris per Prepositos domus Domini, qui & distribuunt eam ijs, qui operantur in templo Domini ad instauranda facta tecta templi.* Euerso inde templo simul etiam Gazophylacium est euersum, & restituto restitutum, verum id non arca tantum fuit, in quam pecunia iaceretur, sed locus amplus, in quo etiam primitiæ, & decimæ Leuitarum repositæ sunt. vt Neemiæ x. *Primitias vindemiæ, & olei afferemus sacerdotibus ad Gazophylacium Dei nostri.* & post: *Ad Gazophylacium deportabunt filij Israël, & filij Leui primitias frumenti, vini, & olei.* & sequēti:

ti: Erat super hoc Eliaſib, qui fuerat Præpoſitus in Gazophylacio domus Dei noſtri. fecit ergo ſibi Gazophylacium grande. & ibi ante eum reponebant munera. & ij. Maccabæorum: Apollonius nuncianit Seleuco regi Syria, innumera bilibus pecunijs refertum eſſe Gazophylacium Hieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinerent ad rationem ſacrificiorum Hinc etiam legitur apud S. Marcum: Sedens Ieſus contra Gazophylacium, aſpiciebat, quomodo turba iactaret ea in Gazophylacium. & apud S. Lucam: Reſpiciens Ieſus vidit eos, qui mittebant munera in Gazophylacium.

Huic porrò Gazophylacio cuſtos fuit Præpoſitus, quem Iſaias cap. xxij. vocat ταμίαν τῆς ἱερῆς, id eſt, quæſtorem templi, licet Latinus interpres vocet præpoſitū tēpli Iosephus autem libro xvij. gazophylacem nominat. Stola, inquit, pontificis ſub ſigillo gazophylacis tenebatur, à quo etiam & cætera ornamenta templi aſſeruabuntur. Item vij. Belli. Arcas etiam, quæ gazophylacia vocantur, incendunt, in quibus magna vis erat pecunie, ac veſtium, atque omnes Iudeorum propè congeſta diuitiæ. Item: Quin etiam gazophylax, id eſt, cuſtos ſacræ pecunie, comprehenſus, nomine Phinnes, veſtes, & cingula ſacerdotum, indicauit. Ac de legitimis quidem oblationibus hæc ſænus.

De oblationibus votivis, & voluntarijs.

CAP. XVII.

Sequitur, ut dicam de Oblationibus, si-
ue sacrificiorum, siue donorum, quæ ex
voto, vel ex voluntate confectæ sunt. de qui-
bus Leuitici vij. *Si voto vel spontè quis obtulerit hostiam. & xxij. Hæ sunt feria Domini, quas vocabitis sanctissimas offeretisq; in eis oblationes Domino, holocausta, & libamenta iuxta ritum uniuscuiusq; diei, exceptis sabbatis domini, donisq; vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ spontè tribuetis Domino.*

Vota dicta, quæ quis impetrandæ gratiæ causa se Deo soluturū spondit, quæ non reddere nefas Deus constituit. Deuteronomij xxij. *Quod si voueris votum Domino, ne moreris reddere illud, quia querens querit Dominus illud abs te, & erit tibi in peccatum.* Quæ verba sic exponit Philo de sacrificio Abel: *Votum est petito boni alicuius à Deo, mandatur autem, ut voti compos sine mora coram offerat Deo. In quo qui peccant, alij per beneficiorū oblivionem gratiarum actione se priuant, alij per nimiam arrogantiam se ipsos auctores bonorum suorum existimant, non Deum. alij bona quæ diuina sua ad Deum referunt, sed suo se merito ea consequi putant.*

Voti

Voti verò concipiendi formula fuit talis. Iudicum xj. *Votum vouit Domino dicens. Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus mee, eum holocaustum offeram Domino. & primo Samuelis: Votum vouit dicens. Domine, si dederis serue tuae sexum viri, dabo eum Domino omnibus diebus vite eius, & nouacula non ascendet super caput eius. & ij. Regum viij. Vouens vouit seruus tuus dicens. Si reduxerit me Dominus in Hierusalem, sacrificabo Domino.*

Qui verò faciebat quod Deo promiserat, is votum soluere, & votum reddere dicebatur: vt Leuitici xxij. *Qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel spontè offerēs. & ij. Regum viij. Vadam, & reddā vota mee, quæ voui Domino in Hebron, & vij. Prouerbiorum: Victimam pro salute deuoti, vota hodie reddidi.*

Extat etiam lex de votis faciendis, & persoluendis, quæ virum hoc modo astringit. Numer. xxx. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne, quod promissit, implebit.* Puellam autem, quæ erat in potestate patris, aut mulierem, quæ erat in potestate viri, si promittente illa pater, aut vir tacuissent, ipsam obligauit, si contradi-

non item. Viduam autem, & repudiatam iu reiurando teneri voluit.

Vnusquisque autem aut animam suam Deo vouit, aut res suas. Si animam, pretio redimere potuit: si animal, mutari votum non potuit, & consecratum Deo mansit. domum autem si vouit, pretio aucto redimere potuit. omnis verò æstimatio siclo San-ctuarij ponderata est. Siclus viginti obolos habuit. Hæc & alia huiusmodi ad votum pertinentia multis verbis tradita continetur Leuitici capite extremo. Fuit autem vltimum voti genus, cū quis semetipsum Domino consecrauit. de quo dictum est, vbi de Nazaræis est disputatum.

Vota verò in templum, perinde ac cetera dona, delata esse, indicauit Hierem. xxxij. cum dixit: *Vox portantium vota in domum Domini.*

Quæ verò spontè oblata sunt, ea opposita sunt eis, quæ quis non solum ex voto soluit, sed etiam ex lege: vt quæ omninò à libertate voluntatis manarint. vnde Iudicum xij. *Pecunia, quæ offertur pro pretio anime, & quam spontè, & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini. & Esdræ primo: Adiuuēt eum viri de loco suo auro, & argento, & substantia, & pecoribus excepto, quod voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Hierusalem.*

De Ieiunio, & ceteris afflictionibus corporis.

CAP. XVIII.

VT autem placandi Dei gratia sacrificia, aut oblationes fecerunt, sic etiam orandi causa ieiunarunt, fleuerunt, saccum induerunt, sese cinere consperferunt, humi prostrauerunt. atque omnino omnes humiliandi corporis rationes exquisiuerunt. idque aut publicè, aut priuatim. Publicè, ieiunium vniverso populo indicentes, Priuatim pro sua quisque religione id obeuntes. Si publicè fecerunt, aut ordinè fecerunt, semel in anno ex lege, aut extra ordinem, cù arbitrium, aut necessitas tulit. idq; vel in dies septem, vel tres, vel vsq; ad vesperam. Si priuatim, pro suo quisque arbitrato in eodè manens instituto peregit.

Legitimum, atque ordinarium ieiunium peractum est die decima Septembri: in die Expiationum, idque solum ieiunium à Deo mandatum est. quare dies ille Ieiunium, aut dies ieiunij vocatus est. de quo ante dictum est.

De ieiunio publico extra ordinem indicatur Paralipom. secundo, capit. xx. *Iosaphat rex timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum, & predicauit it.*

iniunum uniuerso Iuda: & Hieremiæ xxxvj. Factum est in anno quinto Ioachim, Regis Iuda in mense nono predicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Hierusalem uniuersa multitudini. quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda & Esdræ primi octauo: Predicanti ibi ieiunium iuxta fluum Abana, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis. Ieiunij porrò publicè celebrati, insignis mentio est Iudith quarto: Clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiunijs, & orationibus. ipsi, & mulieres eorum, & induerunt se sacerdotes cilicys, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini. Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circumiit omnem Israël. allocutusq; est eos dicens, scitote, quoniam exaudiet Dominus preces nostras, si manentes permanseritis in ieiunijs, & orationibus in conspectu Domini. Ad hanc exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, ita ut etiam qui offerebant Domino holocausta, pracincti cilicys offerrent sacrificia Domino, & erat cinis supra capita eorum, & ex toto corde suo omnes orabant Deum, ut uisitaret populum suum. Israël. Item Iudicum xx. Omnes filij Israël uenerunt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino, & ieiunauerunt die illo usque ad vesperam.

vesperam, & obtulerunt ei Helocausta, & Pacificas victimas, & primo Regum vij. Congregate uniuersum Israël in Masphat, ut orerem pro vobis Dominum & conuenerunt in Masphat, & hauserunt aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. & primo Maccabæorum tertio: Et congregati sunt, & uenerunt in Maspha contra Hierusalem, qui locus erat orationis in Maspha ante in Israël, & ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicijs, & cinerem imposuerunt capiti suo, & disciderunt vestimenta sua. & xij. secundi: Omnibus petentibus à Deo misericordiam cum fleu, & ieiunijs per triduum continuatum prostratis hortatus est eos Iudas, ut se prepararent.

Privati uerò ieiunij ratio ex his elici locis potest. Numerorum xxx. Si uxor uouerit, & iuramento se constrinxerit, ut per ieiunium, uel ceterarum rerum abstinentiam affligat, animam suam, in arbitrio uiri erit, siue faciat, siue non faciat. & xij. secundi Regum: Deprecatus est Dominum David pro paruulo, & ieiunauit ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram, Vnde xij. secundi ipse dixit: Propter infantem, dum adhuc uiuere, ieiunauit, & fleuit. Dicebat enim: Quis scit, si forte eum mihi donet Dominus, & uiuat infans? & xxvj. tertij: Cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta

sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et primo secundi Esdræ: Cumq; hac audissem, sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem D E I cel. & quinto quarti: Si oraueris iterum, & ploraueris, & ieiunaueris septem diebus, audis iterum horum maiora. & Iudith viij. Iudith in superioribus domus sue fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vite sue præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israël.

Hæc igitur cum esset Iudæorum in ieiunando consuetudo, sinè apparet, cur Pharisæi, qui se cæteris religione præstare videri volebant, ita ieiunium amplecterentur, vt bis in sabbatho ieiunarent, teste S. Luca, & admiratione affecti sint, cur, cum ipsi ieiunarent, discipuli Christi non ieiunaret. Probatum autem esse ab ipso etiam Christo ieiunium, liquet ex eo, quòd & ipse more Moyse, & Helix ieiunauit, & ieiunij rationem docuit, inquit: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes.*

Vt autem sacrificia iustitiæ, & laudis dilexit magis Deus, quam victimarum, & sanguinis, sic iustitiam siue caritatem potiorè
 iei.

ieiunio habuit, atque omnino cordis afflictionem, quàm corporis Indicat Isaias lvij. inquit: *Nunquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere animam suam? nunquid contorquere, quasi circulum, caput suum, & saccum, ac cinerem stertere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino, nō ne hoc est magis ieiunium, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solus fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe, frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum. & carnem tuam ne despexeris.* Indicat item Ioël: *Hæc dicit Dominus. Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & in fletu, & in plâctu, & scindite corda vestra, non vestimenta vestra.* Hæc verò mandabatur Iudæis, qui studiosius ieiunia, quam caritatem amplectebantur, & cibum facilius fastidiebant, quàm peccatum auersabantur. Ac de ritibus quidem sacris hæc dicta sint.

C A R O.

CAROLI SIGONII

DE REPVB- LICA HEBRAEORVM LIBER QVINTVS.

Qui de personis sacris inscribitur.

De Generibus Sacrarum personarum.

CAP. I.



DIRIGE me in veritate tua Domine, & doce me. Narrabo nomē tuum fratribus meis. Quod enim aliud est nomen tuum, quàm quod inuocant ij, quos tu in sortem vocasti tuam, de quibus hoc mihi libro est differendum. Neque enim, postquam de locis sacris, diebus, & ritibus dixi, relinquitur aliud, quàm vt agam de personis, quæ horum locorum, dierum, rituum, & omnium denique cæremoniarum curam, & custodiam habuerunt. Voco autem personas sacras, quæ aut in ministerio diuino versatæ sunt, aut quo quo modo Dei voluntatem, ac legem exposuerunt. Hi verò fuere Pontifices,

tifices, Sacerdotes, Leuitæ, Cantores, Iani-
tores, & Nathinæi. Item Nazaræi, Prophe-
tæ, & Scribæ cum sectis eorum. Horum au-
tem officia cum explicabimus, simul etiam
munera Leuiticæ tribus, quæ secreta à cete-
ris fuit, expediemus; quia huic religionis,
reliquis ipsius administratio Reipublicæ
obtigat. Leuitas enim, vt Numerorum ter-
tio scriptum est, sibi ascit Deus pro pri-
mogenitis Hebræorum, quos sibi destina-
rat iam tum, cum primigenas Aegyptio-
rum perculerat Quos vt sorte prædiorum
orbavit, sic summis alijs præmij, atque ho-
noribus decorauit, nam & participes eo-
rum, quæ Deo à gratis hominibus offere-
bantur, effecit, & solum cultum Dei tracta-
re, tanquam curam sortemq; propriam vo-
luit, sic enim xvij. ad Aaron loquens adie-
cit: *In terra eorum nihil possidebis, nec habebis
partem inter eos. ego pars, & hereditas tua in
medio filiorum Israë. filijs autem Levi dedi om-
nes decimas Israëlis in possessionem pro ministe-
rio, quo seruiunt mihi in Tabernaculo foederis.*
Ordiamur ergo à Pontificibus.

De Pontificibus. CAP. II.

VT autem omnium sacrorum principa-
tum tenuere ij, qui Sacerdotes dicti
sunt, sic inter omnes sacerdotes excelluit is,
quem

quem Pontificem appellarunt Itaque in sacris libris non solum sacerdos, sed etiam sacerdos primus, sacerdos magnus, sacerdotum princeps, siue more Latino, Pontifex nuncupatur. quo constituto reliqui simpliciter sacerdotes, & sacerdotes secundi, siue secundi ordinis appellati. vt xxiiij. quarti Regum: *Præcepit Iosias rex Helcie sacerdoti magno, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus.* & iiij. Judith: *Eliachim sacerdos Domini magnus.* & iij. Neemiæ, *Eliasis sacerdos magnus.* & xxv. Regum: *Abstulit princeps militie Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum.* recte. Saraias enim pontificatu maximo, Sophonias simplici sacerdotio fungebatur. Si ergo tanta in sacris ipsius pontificis auctoritas fuit, vt cæteris omnibus dignitate præstiterit, profecto qui diserte pōtificatum expresserit, magna fundamenta ad reliqua intelligenda posuerit. Dicamus igitur de pontifice, lectore ante admonito, quoniam Deus Aaronem Moysis fratrem ex tribu Leui pontificem, filios verò eius sacerdotes constituit, propterea quæ de Aarone dicentur, ad pōtificem, quæ de filijs, ad sacerdotes referenda videri; prætereà verò, quoniam Deus Exodi xxviiij. Tabernaculo explicito, de Pontifice ita præcepit, vt primum de vestibus eius, deinde

de consecratione, tum de conditionibus, ad extremum de muneribus egerit, ob id & nos quoq; eundem ordinem in docendo cōseruatuos.

Vestes ergo pontificiæ fuere octo, Superhumera-
 le, Rationale, Tunica hyacinthi-
 na, Tunica linea stricta, Feminalia linea,
 Baltheus, Tiara, & Lamina aurea, his enim
 Deus mandauit Moyli, vt Aaronem Pon-
 tificem designatum indueret. Non graua-
 bor in hoc quoque primum verba referre
 legis, deinde ea alienis auctoritatibus illu-
 strare. sic igitur Deus **SVPERHVMERAL-**
LI præcepit: *Faciens Superbumerale de auro*
& hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, &
bylso retorta, opere polymito. duas oras iunctas
habebit in utroq; latere summitatum, vt in v-
num redeant. sumesq; duos lapides onychinos,
& sculpes in eis nomina filiorum Israë'. sex no-
mina in lapide vno, & sex reliqua in alio, iu-
xta ordinem natiuitatis eorum. Adijcit inde
 de **RATIONALI** hoc modo: *Rationa-*
le quoq; iudicij facies opere polymito iuxta tex-
turam Superbumeralis ex auro, hyacintho, &
purpura, coccoq; bis tincto, & bylso retorta qua-
drangulum erit, & duplex. mensuram palmi ha-
bebit tam in longitudine, quam in latitudine,
ponesq; in eo quatuor ordines lapidum, in pri-
mo versu erit lapis sardius, & topazius, et smar-
ragdus,

ragdus, in secundo carbunculus, saphirus, et iaspis, in tertio Ligarius, & Achates, & amethystus. in quarto chrysolitus, onychinus, & berillus. inclusi autem erunt per ordines suos, habebunt nomina filiorum Israël, duodecim nominibus celebrantur singuli nominibus singulorum per duodecim tribus, portabitque Aaron nomina filiorum Israël: coram Domino super utrumque humerum ob recordationem portabitque Aaron nomina filiorum Israël: in Rationali iudicii super pedes suos, quando ingreditur Sanctuarium coram Domino, & gestabit iudicium filiorum Israël in pedore suo in conspectu Domini sepe. Pergit inde de **TVNICA HYACINTHINA** his verbis: **Facies & Tunicam superhumeralis coram hyacinthinam, in cuius medio supra erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium, partibus, ne facile rumpantur, deorsum, verò ad pedes eiusdem, tunica per circuitum, quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mistis in medio tintinnabulis, ita ut tintinnabulum sit aureum, & malum Punicum, & vestietur ea Aaron in officio ministerij, ut audiat sonitus, quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.** Inde subiicit breui de **Tunica LLNEA STRICTA**, & reliquis, Inquies: **Stringesque TVNICAM bysso, & TIARAM byssi.**

byssinam facies, & BALTHEVUM opere plumarij. Facies & LAMINAM de auro purissimo, in qua sculpes opere celatoris Sanctum Domino ligabisq; eam vitta byacintbina, & erit super ueram imminens fronti pontificis, portabitq; Aaron iniquitatem eorum, qua obiterunt, & sanctificauerunt filij Israël in cunctis muneribus, & donarijs suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, ut placatus sit ei dominus. Ad extremum adduntur etiam FEMINALIA, his verbis: Facies & feminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis sue à renibus, usque ad femora, & utentur eis Aaron, & filij eius, quando ingredientur Tabernaculum Testimonij, vel quando propinquant altari, ut ministrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Hæc præcipiuntur in Exodo, facta verò narrantur Leuitici viij. ita: Moyses vestiuit Aaron Subucula linea, accingens eum Baltheo, & induens Tunica byacintbina, & de super humerale imposuit, quod astringens cingulo, aptauit Rationali, in quo erat Doctrina & Veritas. Cidari quoque textit caput, & super eam contra frontem posuit Laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus. Atque hæc quidem in Lege.

Qualia verò hæc vestimenta fuerint, clarius Iosephus exposuit, qui stante templo floruit, à quo S. Hieronymus hæc epistola

cxxviiij. sumpfit, quæ in hunc locum rei de-
clarandæ caussa intexere libuit.

Lineis feminalibus, quæ usque ad genua, & poplites veniunt, verendus celantur, & superior pars sub umbilico vehementer astringitur, ut si quando expediti mactant victimas, tauros, & arietes trahunt, portantq̃, onera, & in officio ministrandi sunt, etiamsi lapsi fuerint, & femora reuelauerint, non pateat quod opertum est. Refert Iosephus hæc feminalia de bysso retorta solere contexi, & postquam incisa fuerint, acu consui, non enim in tela posse eiusmodi fieri.

Secunda ex lino tunica talaris, duplici findone, quam & ipsam Iosephus byssinâ vocat, quod in Hebræo sermone in lineam vertitur. hæc adhaeret corpori, & tam arcta est, & stricte manibus, ut nulla omninò in veste sit ruga, & usque ad crura descendat. Hanc vulgarem camisiam possis dicere.

Tertium genus est vestimenti cingulum, vel baltheus, vel zona. Hoc in similitudinem pellis colubri, qua exiit senectutem, sic in rotundum textum est, ut marsupium longius putes. textum est autem subtegmine cocci, purpure, byacinthi, & stamine byssino ob decorem, & fortitudinem, atque ita polymita arte distinctum, - ut diuersos flores, ac gemmas artificis manus non textas, sed additas arbuteris. Lineam tunicam, de qua diximus, inter umbilicum, ac pectus hoc
stringunt

stringunt baltheo, qui quattuor digitorum habens latitudinem, atque ex una parte ad crura dependens, cum ad sacrificia cursum, & expeditione opus est, in laevum humerum retorquetur.

Quartum genus est vestimenti rotundum pileolum, quasi sphaera media sit diuisa, & pars una ponatur in capite: tiamam Graeci, & nostri appellant. non habet acumen in summo, nec totum usque ad comam caput regit. sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictum est, ut non facile labatur ex capite. Est autem byssinum, & sic fabre opertum lincolo, ut nulla acus vestigia intrinsecus appareant. His quatuor vestimentis, id est, feminalibus, tunica linea, cingulo, & pileo tam sacerdotes, quam pontifices utuntur. reliqua quatuor propriè pontificum sunt.

Quorum unum est tunica talaris tota hyacinthina ex lateribus eiusdem coloris assutas habens manicas, & in superiori parte, qua collo induitur, aperta, quod vulgò capitium vocant, oris firmissimis ex se textis, ne facillè rumpatur, in extrema parte, id est, ad pedes septuaginta duo sunt tintinnabula, totidem mala Punica, iisdem contexta coloribus, ut supra cingulum. inter duo tintinnabula unum malum est, inter duo mala unum tintinnabulum, & alterutrum sibi mediae sint.

Sextum est vestimentū, quod Hebraica lingua dicitur Ephod. id est, Superhumeralē, & solis conuenit pontificibus ex hyacintho, bysso, cocco purpura, & auro contextum. Auri lamina mira tenuitate tenduntur, ex quibus secta fila torquentur cum subtegmine trium colorum hyacinthi, cocci, purpurae, & cum stamine byssino, & efficitur palliolum mirae pulchritudinis, perstringens fulgore oculos in modum caracallarum, sed absque cucullis. contra pectus nihil contextum est. & locus futuro Rationali derelictus. in utroque humero habet singulos lapides clausos, & astrictos auro. onychini, aut smaragdi ab interpretibus versi. Iosephus sardonicas vocat. & in singulis lapidibus sena patriarcharum nomina sunt, quibus Israëliticus populus diuiditur, in dextro humero maiores filij Iacob, in laevo minores scripti sunt. ut pontifex ingrediens Sancta Sanctorum nomina populi, pro quo rogaturus est Dominum, portet in humeris.

Septimum vocatur Rationale. Pannus est breuis ex auro, & quattuor textus coloribus isdem, quibus Superhumeralē, habens magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facile rūpatur. intexi sunt enim ei duodecim lapides mirae magnitudinis, atque precij per quatuor ordines, ita ut in singulis versiculis terni lapides collocentur. in primo ordine sardius, copazius, smaragdus ponitur, in secundo carbunculus

lus, saphirus, iaspis, in tertio lyncurius, achates, amethystus: in quarto chrysolitus, onychinus, berillus. satisq; miror, cur hyacinthus pretiosissimus lapis horum numero non ponatur, nisi forte ipse est alio nomine lyncurius. in singulis lapidibus secundum aetates duodecim tribuum sculpta nomina sunt. Per quattuor Rationalis angulos quattuor annuli sunt aurei, habentia contra se in superhumerali alios quattuor, ut cum appositum fuerit Rationale in loco quem in Ephod diximus derelictum, annulus veniat contra annulum, & mutuo sibi vittis copulantur hyacinthinis. Porro ne magnitudo, & pondus lapidum contexta stamina rumpere, auro ligati sunt, atque conclusi. nec sufficit hoc ad firmitatem, nisi & catenae ex auro fierent, quae ob pulchritudinem, fistulis aureis regerentur, haberentq; et in Rationali supra duos maiores annulos, qui uncinis superhumeralis aureis neclerentur, & deorsum alios duos. nam post tergum in superhumerali contra pectus, & stomachum, ex utroque latere erant, annuli aurei, qui catenis cum Rationalis inferioribus annulis iungebantur. atque ita fiebat, ut astringerentur & Rationale Superhumerali, & Superhumerale Rationali, ut una textura contra videntibus putaretur.

Octava est lamina aurea, in qua est scriptum nomen Dei Hebraicis quattuor litteris, quod a-

*puđ illos ineffabile nuncupatur. Hic super pileo-
lum lineum, & commune omnium sacerdotum
in pontifice plus additur, ut in fronte vitta hya-
cintina constringatur, totamq; pōtificis pulchri-
tudinem Dei vocabulum coronet, ac protegat,
Hæc S. Hieronymus ex Iosepho,*

Apud eundem porrò Iosephum quædã
alia memorabilia ab illo prætermiſſa legun-
tur, ut de lapidibus Superhumeralis, & Ra-
tionalis, & pileo hyacinthino. Nam de lapi-
dibus sic scribit: *Lapides, quos ferebat super
humerum pontifex, erant sardonices. cum au-
tem Deus sacrificijs adesset, is, qui in dextro hu-
mero portabatur, micabat, & splendorem tan-
tum emittebat, ut etiam procul positus illucesce-
ret. cum prius ea luce careret. Per duodecim au-
tem lapides Rationalis Deus victoriam pugna-
turis prænunciabat. tanto enim splendore fulge-
bat, cum nondum exercitus moueretur, ut om-
nibus constaret, eorum auxilio adesse Deum.
Cessavit autem Rationale, & sardonix annis iã
ducentis, ante quam ego hæc conscriberem, cum
DEU S molestè ferret transgressiones legum.
Quod tempus, si veterum sæculorum me-
moriam replicetur, in regis Ioannis Hyrcani
ætatem incurrit. De pileo verò idem sic pro-
dit: *Præter communem, cum sacerdotibus pi-
leum Pontifex alterum, pileum, habuit con-
sutum, ex hyacintho variatum, quem co-**

rona aurea circumdedit, qua tribus ordinibus distincta fuit. super quam in medio stetit calix aureus herba, qua à Grecis dicitur hyoscyamos, similis. Hoc idem Talmudistæ tradūt de lapidibus Rationalis, qui splendescere desierunt, verum id iam inde à constructione secundi Templi contigisse, narrant. Hæc de vestibus.

Consecratio verò pontificis per septem dies hoc modo facta est. Qui futurus erat sacerdos primum ad altare offerebatur, deinde aqua lauabatur, tum vestibus quas diximus, induebatur, inde capiti oleum sanctum infundebatur, demum sacrificio præcipuo facto consecrabatur, atque eius sanguine altare, & vestes aspergebantur. Hæc verò Exodi vicesimo nono sic præcepit Deus: *Sed & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur. Cum laueris Aaron cum filiis suis aqua, induas eum vestimentis Linea, & Tunica, & Superhumerali, & Rationali, quod constringes Baltheo, & pones Tiaram in capite eius, & Laminam sanctam super tiaram, & oleum unctiois fundes super caput eius. atq; hoc ritu consecrabitur. Postquam initiaueris manus eius, applicabis & vitulum coram Tabernaculo Testimonij, & quæ sequuntur. Quæ verò mandata sunt in Exodo, ea perfecta referuntur in Leuitico capite octauo: nempè Aaro-*

nem oblatum, lotum, vestitum, unctum: *Moyſes congregata omni turba ante fores Tabernaculi obtulit Aaron, cumq; laſiſſet eum, veſtitit pontificem ſubucula linea, accingens eum baltheo, & induens tunica hyacinthina, & deſuper humerale impoſuit, quod aſtringens cingulo aptavit Rationali, in quo erat Doctrina, & veritas. Cidari quoque texit caput, & ſuper eam contra frontem poſuit laminam auream, conſecratam in ſanctificatione. Tulit & unctiois oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni ſuppelleſtile ſua, cumq; ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, unxit illud, & omnia vaſa eius, labrumque cum baſi ſua ſanctificauit oleo, quod fundens ſuper caput Aaron, unxit eum, & conſecrauit. Demum affert ſolemne ſacricium conſecrationis, quod hoc modo factum eſt ex mandato Dei: Obtulit vitulum pro peccato, cumque ſuper caput eius poſuiſſet Aaron, manus ſuas, immolauiſt eum, hauriens ſanguinem, & tincto digito tetigit cornua altaris per gyrum, quo expiato, & ſanctificato fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius. adipem vero, qui erat ſuper vitalia, & reticulum recoris, duosq; renunculos cum aruinulis ſuis adoleuit ſuper altare, vitulum cum pelle, & carnibus, & ſimo cremans extra caſtra. Obtulit & arietem in holocauſtum, ſuper cuius caput cum impoſuiſſet Aaron, manus ſuas, immolauiſt eum,*

eum, & fudit sanguinem eius per circuitum alta-
 ris, ipsumq; arietem in frustra concidens, caput
 eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis pri-
 us intestinis, & pedibus totumq; simul arietem
 incendit super altare, eo quod esset holocaustum
 suauissimi odoris Domino. Obtulit & arietem
 secundum in consecrationem sacerdotis, posuitq;
 super caput eius Aaron manus suas, quem cum
 immolasset Moyses, sumens de sanguine eius te-
 tigit extremum auricule dexterae Aaron, &
 pollicem manus eius dexterae, similiter & pedis.
 reliquum fudit super altare per circuitum, adi-
 pem vero, & caudam, omnemque pinguedinem,
 quae operit intestina, reticulumq; iecoris, & du-
 os renes cum adspibus suis, & armo dextro sepa-
 rauit. Tollens autem de canistro azymorum, quod
 erat coram Domino, panem absque fermento, et
 collyridam conspersam oleo, leguminumq; posuit su-
 per adipem, & armum dextrum, tradens simul
 omnia Aaron, qui postquam leuauit ea coram Do-
 mino, rursus suscepta de manibus eius adoleuit
 super altare Holocausti, eo quod consecrationis
 esset oblatio in odorem suauitatis sacrificij Domi-
 no. tulitq; pectusculum eleuans illud coram Do-
 mino de ariete consecrationis in pariem suam,
 assumensq; unguentum, et sanguinem, qui erat in
 altari, aspersit super Aaron, & vestimenta eius,
 cumque sanctificasset eum in vestitu suo, prece-
 pit ei dicens. Coquite carnes ante fores Taberna-
 culi,

culi, & ibi comedite eas. panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut praecepit mihi Dominus dicens: Aaron & filij eius comedent illos. quidquid autem reliquum fuerit de carne, & panibus, ignis absumet. De ostio quoque Tabernaculi non exhibitis septem diebus usque ad diem, quo complebitur tempus consecrationis vestrae. Septem enim diebus finitur consecratio, sicut in praesentiarum factum est.

Hæc verò his verbis declaravit Philo libro tertio de vita Moÿsis: Postquam Moÿses induit sacerdotes sacratis vestibus, sumpsit unguentum, isaaculentissimum, confectum arte unguentaria, quo primum subdialia vasa, altare, labrumq; perunxit, aspersa septies, deinde Tabernaculum, & sacra vasa singula, arcam, candelabrum, thymiatarium, mensam, calices, phialas, ceteraq; sacrificijs servientia postremo adductum pontificem inunxit profuso largiter in caput eius sacro unguine. His ritè peractis iubet adduci vitulum, & duos arietes: vitulum, ut offerret in remissionem peccatorum subindicans, cuius nato etiam bono, vel ob hoc ipsum, quòd natus sit, cognatum esse peccatum, propterea placandum esse Deum precibus, & victimis, ne iratus fuit. arietem autem unum, qui adoleretur solidus auctori rerum omnium, cuius benignitate pro se quisque fruitur elementis omnibus, alterum autem ad absolutam eorum, qui sacraban-

tur purificationem, quem aptè Consecrationis cognominavit, quòd per hoc sacrificium initiarentur sacerdotes Dei. eius sanguinis partem circum altare profudit, partem excepit phiala, eoque tinxit tria membra initiatorum, auriculam extremam, manum extremam, pedem, extremum. significans virum perfectum debere purum esse sermone, opere, tota vita. sermonem enim auditus indicat, manus significat opera, pes totius vite transitum. sumpsit inde ex eo, quod circum altare profusum erat vel ex unguento, vel victimis omnibus, eoque permixto sacerdotes aspersi, volens eos non solum externe, subdualisq; sanctitatis fieri participes, verum etiam interna, quando sacra facturi erant, in adytis, in quibus omnia peruncta sacro unguento fuerant. deinde alijs quoque casis victimis, tum pro sacerdotibus ipsis, tum pro senatu, ac gente uniuersa fratrem introduxit in Tabernaculum, erat enim is dies octauus à consecratione, huius festi ultimus. superiores enim septem, fratri, filiisque eius initiandis dati fuerant.

CONDITIONES verò illi imposte, aliæ impedimentum attulerunt, ne pontifex fieri posset, aliæ factum quibusdam quasi vinculis obligarunt. Primæ sic expressæ sunt Leuitici xxi. Pontifex, super cuius caput fufum est unctionis oleum, & cuius manus in

SA
dol
dit
sa

sacerdotio consecrata sunt, vestitusq; est sanctis vestibus, non erat mancus, debilis, cecus, claudus, habens maculam, albuginem, aut eiusmodi alia vitia corporis. Vnde scripsit Philo de sacrificijs: *Sacrificare nulli sacerdoti, nisi integro, permittitur cui ne minima quidem insit labecula.* & Aristobulus rex, vt prodit Iosephus, cum Hyrcano fratri suo pontificatum abrogauisset, nasum præsecuit, vt mutilato corpore illi spem recuperandi honoris, atq; ad eò etiam facultatem adimeret. Secundæ ita: *Caput suū nō discooperiet, vestimenta non scindet, & ad omnem mortuum non ingreditur ut omnino, super patre quoquo suo, & matre sua non contaminabitur, nec egredietur de sanctis, ne polluat Sanctuarium Domini, quia oleum sancte unctiois Dei sui super eum, est. virginem ducet uxorem, viduam autem, & repudiatam, & sordidam, & meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne communicet stirpem generis vulgo gentis sue.* In quæ sic Philo de monarchia: *Quoniam nemo, nisi vir, coaptatur in sacerdotium, non cariturus amplexuum cupidine, queruntur ei casta virginis nuptiæ, sanctis prognata parentibus, meretricem enim pariter animo impuram, atque corpore, ne aspicere quidem ei licet, etiam si quæstus relicto ad bonā frugem se recepit, eò quòd olim pollutum vite institutum sequuta sit.*

Postremo OFFICIA eius, quæ in lege præcepta sunt, hæc fuerunt. vt Tabernaculum ingressus quotidie lucernas concinnaret, ingressus verò Sanctuarium incensum ad altare Thymiamatis adoleret, singulis septimanis panes Propositionis conficeret, ac sibi haberet, diebus festis sacrificia populi vnà cum sacerdotibus faceret. semel autem in anno in die Expiationum, sacris vestibus indutus ingressus Sanctuarium ipsum cum altari Thymiamatis ab labibus, & peccatis populi expiaret, & simul pro se, ac domo sua, & toto populo preces funderet.

De Lucernis sic Leuitici xxiiij. *Precipe filijs Israël, ut afferant tibi oleum de oliuis purissimum, ac lucidum ad concinnandas lucernas inquitur extra velum Testimonij in Tabernaculo fœderis. Ponetq; eas Aaron à vespere vsque in mane coram Domino cultu, ritusq; perpetuo in generationibus vestris. super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini. Vnde xij. secundi Paralipo. scriptum est. Est apud nos candelabrum aureum, & lucerne eius, ut accendantur semper ad vespertam. & primo secundi Maccabæorum: Obtulimus sacrificium, & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes.*

De adolendo incenso ad ea, quæ supra dicta

dicta sunt, hæc adiicimus. Secundo primi Regum. *Elegi Aaron mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret Ephod coram me.* In sexto primi Paralip. *Aaron, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in omne opus Sancti Sanctorum, & ut precarentur pro Israël iuxta omnia, quæ præceperat Moyses. & xxvj. Separatus est Aaron, ut ministraret in Sancto Sanctorum, ipse, & filij eius in sempiternum, & adoleret incensum Domino secundum ritum suum, & benediceret nomini eius in perpetuum.*

De panibus sic xxiiij. Levitici. *Accipies quoque simillam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum senos altius super mensam purissimam coram Domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monumentum oblationis Domini. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filijs Israël fœdere sempiterno. eruntq; Aaron, & filiorum eius, ut comedant eos in loco sancto. quia sancta Sanctorum est de sacrificijs Domini iure perpetuo.* De iisdem sic legitur primo Regum xxj. *Dixit Achimelech sacerdos Davidi panes petenti. Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. neque enim erat ibi panis,*
msi

nisi tantum Panes Propositionis, qui sublatis fuerant à facie Domini, ut ponerentur panes calidi. Vnde scripsit S. Matthæus xij. Dixit Iesus Pharisæis. Non legistis, quid fecerit David, quando esuriit, & qui cum eo erant. quomodo intrauit in domum Dei, & Panes Propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque ijs, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? & primo secundi Maccab. Accendimus lucernas, & propinquamus panes. & primo Paralip. ix. De filijs Cabat super panes erant Propositionis, ut semper novos per singula Sabbata præpararent.

De sacrificijs in diebus festis agendis præter ea, quæ de singulis sacrificijs, & diebus festis supra ex Lege protulimus, testis est Iosephus vj. Belli inquit: Pontifex cum sacerdotibus ascendebat ad templum septimo quoque die, & Kalendis, & in annis festiuitatibus populi, & sacrificabat velamine præcinctus usque ad genitalia, lineum intrinsecus habens usque ad pedes, et super hyacinthinum indumentum rotundum, ex quo simbræ pendebant alternis nodis aurea tintinnabula, & mala granata sustinentes.

De Expiationibus supra dictum est, cum de festo die Expiationum est dictum. quo ex loco illud etiam repetendum est, quod est xvj. Leuitici: Loquere ad Aaron, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra ve-

lunt

lum coram Propitiatorio, quo legitur Arca, ne moriatur, nisi hac ante fecerit. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in Holocaustum. tunica linea vestiatur, feminalibus lineis verenda celabit, accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti, suscipietq, ab uniuersa multitudine filiorum Israë! duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum. Cumque obtulerit vitulum, & orauerit pro se, ac domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino in ostio Tabernaculi Testimonij, mittensq, super utrunque sortem, unam Domino, & alteram capro emissario, cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato. & reliqua, quæ longa oratione texuntur de vitulo, & hircis in expiationem peccatorum mastrandis. Quæ qui cognoscere voluerit, ad superiorem, vt dixi, locum redibit. Hoc verò fecit Pontifex semel in anno, & solus Sancta Sanctorum ingressus. Sic enim præceptum est Exodi xxx. Deprecabitur Aaron super cornua altaris thymiamatis semel per annum in sanguine, quod oblatum est Pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Atque hoc idē etiam significauit S. Paulus ad Hebræos ix. In priore Tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consumantes, in secundo autem semel in anno solus Pontifex non sine sanguine. Declarauit autem Philo de legatione

tione ad Caium: Sanctuarium semel quotan-
 nis pontifex ingreditur Ieiunij tempore, tantum
 odores incensurus, & ex more vota facturus, ut
 felix annus, & pax contingat omnibus homini-
 bus. De cetero si quis non dico plebeius Iudaeus,
 sed sacerdos vel à summo proximus, imò is ipso
 pontifex si duobus anni diebus, aut eadem die
 ter quaterue introierit, capite luè absque ve-
 nia. tantam religionem adytorum, voluit esse
 legislator, ut haec sola inaccessa, intactaque ser-
 uarentur. & secundo de monarchia. Inima
 templi nemini videre fas est, praeter quam soli
 pontifici, & id ei quoque vno die duntaxat anni-
 uersario permittitur, quo introspicit omnia, in-
 fert autem odora menta, & foculum cum ignitis
 carbonibus, ibi multo sufficit fumus circumqua-
 que offunditur, et visum offuscat, nec sinit longi-
 us prospicere. Item Iosephus vj. Belli: Super-
 humeralis, & Rationali pontifex utebatur so-
 lum, cum Sancta Sanctorum ingrediebatur.
 quod semel in anno solus faciebat, quo die cum
 ceteris ieiunare mos erat: et secundo aduersus Ap-
 pionem: Templum quattuor porticus habuit in
 circuitu, quarum singula propriam secundum
 legem custodiam habuerunt. In exteriorem
 ingredi omnibus licuit, etiam alienigenis, mulie-
 ribus tantum, menstruatis prohibitis in secun-
 dam mares cum vxoribus, si munda essent, in-
 bant. in tertiam mares, qui mundi erant, aut

*purificati, in quartam sacerdotes stolis induti sacerdotibus, in adytum soli pontifices propria stola amicti. Quod autem scriptum est, pontificem semel in anno solum Sancta esse ingressum, sanctus Augustinus interpretatur, eum quotidie quidem ingressum esse propter incensum, at semel in anno propter expiationem cum sanguine purificationis. Verum possumus etiam dicere, eum quotidie quidem Sanctuarium esse ingressum, sed sacerdotum comitatu stipatum, semel autem in anno solum, id est sine sacerdotibus, in die Expiationum. Siquidem Leuitici xvj. scriptum est: *Nullus hominum sit in Tabernaculo, quando Pontifex Sanctuarium, ingreditur, ut roget pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israël, donec egrediatur.* Hactenus de ijs, quæ proposita fuerant, vestibibus, consecratione, conditionibus, officijsq; Pontificum. Nunc de lectione illorū dicamus.*

H A E C igitur dignitas data est Aaroni primum ex mandato Dei, vt perpetuò in posteritate eius maneret. Id autem mandarat Deus Exodi xxvij, inquit: *Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini eius post eum, & sequenti: Vestem sanctam, qua utetur Aaron, habebunt filij eius post eum, ut unganur in ea, & consecrentur manus eorum.*

Septē diebus utetur illa, qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius, qui ingredietur Tabernaculum Testimonij, ut ministraret in Sanctuario. & xxvj. primi Paralip. Separatus est Aaron, ut ministraret in Sancto Sanctorum ipse, & filij eius in sempiternum. Itaque mortuo Aarone delatus est pontificatus ad Eleazarum filium eius. Inde posteri Eleazari deinceps illum honorem ceperunt, ita vt filius patrem exciperet. Quare ad Phinees Eleazari filium dixit Deus: *Erit tam ipsi, quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum.* tertio loco trāsit ad posteros Ithamari, qui fuerat frater Eleazari. inde post aliquot annos rursus redijt ad stirpem Eleazari, atq; in ea mansit vsq; ad tempora regum Syriæ, post reuersionem ex Babylonia. Quo tempore pontificatus, lapsis rebus, ad alias familias Leuiticas quidem, verum nō ab Aarone fluentes, regum beneficio est traductus. quorum primi fuere reges Syriæ, secundi reges Iudæorum profelyti, tertij duces Romani, qui Syriæ ac Iudææ prouinciæ præfuerunt. Quinetiam idem pontificatus perpetuus ita fuit, vt tandiu quisque teneret, quoad vita suppeditaret. deinde Græcorū regum arbitrio in annum, atq; annos tribui cœptus est. Addo etiam, pontifices vsq; ad transmigrationem rerum tantum sacrarū procuratio-

nam gessisse, cum reges remp. gubernarent, postquam autem Iudæi in patriam restituti sunt, pontificibus & sacro, & rempub. esse, teste Iosepho, commissam. Itaque Assamoneorum familia è tribu Leui cum paulò post summam potestatem in rep. esset adpra, sibi non solum principatum, sed etiam Pontificatum asciuit, ac mox Principatum in Regnum conuertit, ita vt iidem pontifices, ac reges essent. Quibus a motis tum demum diuino consilio natus est Iesus Christus. qui rex, & pontifex Iudæorum in perpetuum esset. Nam Christus Vnctum significat, quo modo regem, ac pontificem appellabant. Vnde dixit S. Paulus ad Hebræos vj. *Iesus factus est secundum ordinem Melchi odech pontifex in aeternum.* Nomina verò, & series pontificum hæc fuerunt.

AARON filius Amram, nepos Cahat, pronepos Leui, primus pótifex à Moyse fratre vestitus, & consecratus in Deserto Sinai. Exodi 28. Leuit. 8.

ELEAZAR Aaronis F. mortuo patri successit iussu Dei. Num. 20. Iosue 14. moritur post Iosue. Iosue 24.

PHINEES Eleazari F. De hoc sic scriptum est Nume. 25. *Dixit Deus, Ecce ego do Phinei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quàm s. mini eius pactum sacerdotij, sempiternum, quia 20*
latius

Latius est pro Deo suo Iosue 22. Iud. 20. vbi ita scribitur: *Eo tempore in Silo erat arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazari filij Aaron prepositus domus.* Ex quo apparet, vixisse vsque ad tempora Samsonis iudicis. Item secundo Maccabæorum libro primo: *Phinees zelando zelum Dei accepit testamentum sacerdotij æterni.*

ABISVE Phineis F.

BVQVIS Abisue F.

OZIS Buquis F.

Horum pontificum meminit tantum Iosephus libro Ant. quinto, ca. vlt. Scriptura verò his præteritis Phineis, etatem vsq; ad tempora Heli producit.

HELI ab Ithamaro Aaronis F. genus du cens. primo Regum. Ioseph. li. 8.

ACHITOB Phineis F. Heli N. cap. 14. 1. Reg. Ioseph. li. 8.

ACHIMELECH Achitobi F. interfectus à Saule rege, quia Dauidem excepisset. 21. & 22. primi Regum. Ioseph. lib. 8.

ABIATHAR post Achimelech patrem occisum, 23. primi Reg. & 30. Ioseph. li. 8. S. Marcus cap. 2.

SADOC filius Achitob. nepos Amarię, pronepos Meraioth, abnepos Zaraizę, atnepos Ozis pontificis, post necem Achimelech vnà cum Abiathare pontifex fuit, atq; am-

bo. reportandæ arcæ affuerunt sub Dauidæ rege, & Tabernaculo in Silo præfuit. Secundo Regum 15. 17. & 19. & tertio Regum 1. inde solus postquam Salomon rex interfecit Abiatharem Adoniæ fratri suo regnum affectanti studentem. Vnde scriptum est 3. Regum, cap. 2. *Eiecit Salomon Abiathar, ut nō esset sacerdos Domini.* Salomonem autem regem Sadoc vixit. & primus functus est sacerdotio in Templo eius. primo Paralip. ca. 6. Ioseph. lib. 10.

ACHIMAAS Sadoci F. Iosephus li. 10.

AZARIAS Achimæ F. Ioseph. l. 10 at verò 3. Regum ca. 4 dicitur Sadoci F. & cap. 6. primi Paralipo. Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, item cap. 31.

IORAM Azariæ F. Ioseph. li. 10.

ISVS Iorami F. Ioseph. li. 10.

AXIORAM Isi F. Ioseph. lib. 10.

PHIDEAS Axiorami F. Ioseph. lib. 10.

SVDEAS Phideæ F. Ioseph. lib. 10.

Vide num hic idem sit cum Iojada sacerdote, qui Ioam Iudæ regem vixit, & dicitur pontifex. 4. Regum, ca. 12. & à Ioseph. li. 10. vixitque eodem teste annos centum triginta. Iojadę pontificis filius Zacharias propheta lapidatus est à rege Ioram. Ioseph. li. 9.

IOEL Sudæ F. Ioseph. lib. 10.

IOATHAN Ioelis F. Ioseph. lib. 10.

Hic Azarias vocatur, & est is, qui restitit Oziaz regi incensum adolenti, 2. Paralipo. 26. Ioseph. lib. 9.

VRIAS Ioathæ F. Ioseph. li. 10.

Hic vixit sub Achaz rege Iudæ. Reg. 4. c. 16.

NERIAS Ioathæ F. Ioseph. lib. 10.

ODEAS Neriaz F. Ioseph. li. 10.

SELLVM Odez F. Ioseph. lib. 10.

HELCIAS Sellum F. 4. Regum 22. 23. et 2. Paral. 34. & Iosephus libro 10.

Hic sub Iosia rege inuenit Deuteronomium amissum.

SARAIAS Helcia F. interfectus in Reblatha à Nabucdonosore rege 4. Reg. cap. vi. Iosephus lib. 10.

IOSEDEC Saraiaz F. in captiuitate Babylonica successit patri, Esdræ frater, qui post legem restituit. Ioseph. lib. 10. Euseb. li. 3. de demonstratione Euangelica.

IESVS Iosedec F. qui reuersus è Babylone in patriam urbem, & templum reficere cœpit. Esdræ 7. Ioseph. lib. 10. Aggæus Propheta. Euseb. ibidem.

IOACIM Iesu F. cap. 12. Neemia. Ioseph. 1. II. fortasse est is. qui quarto Iudith dicitur Eliachim sacerdos magnus Domini. Euseb. ibidem.

ELIASIB Ioacim F. Neemiæ 3. & 13. Iosephus li. 11. Euseb. ibidem.

IODAE Eliasib F. Neemiæ 12. Ioseph. l. 11. Euseb. ibidem.

IONATHAS Iodæ F. Neemiæ 12. Ioseph. lib 11. vocat Ioannem. Euseb. ibidem.

ADV, siue **IADDVS** Ionathæ F. Neemiæ 12. Ioseph. lib. 11. Euseb. ibidem. Hic cepit Alexandrum Magnum victorem.

ONIAS Iaddi F. Iosephus lib. 11. Euseb. ibidem.

SIMON Oniæ F. Iustus. Ioseph. li. 12. Eusebius hunc præterit.

ELEAZAR Oniæ F. Ioseph. lib 12. Euseb. ibidem.

Ad hunc scripsit Ptolemæus Philadelphus rex Aegypti, vt ad se Biblia mitteret, vnâ cum lxxij. interpretibus.

MANASSES Iaddi pont. filius. Ioseph. lib. 12. Hunc præterit Eusebius.

ONIAS II. Simonis Iusti F. Ioseph. li. 12. Eusebius ibidem. Hic tributa Ptolemæo Euergeri soluere abnuit.

SIMON ij. Oniæ F. Simonis N. Ioseph. lib. 12. Eusebius ibidem. Hoc tempore fuit Iesus Strac, qui Sapientiam scripsit.

ONIAS iij. Simonis ij. F. Ioseph. libr. 12. Euseb. ibidem.

Ad hunc Arius rex Lacedæmoniorum le-

gationē misit. Accusatus est à Simone quodam Beniamite apud Seleucum regem Syriæ. vnde seditio nata. Eodem mortuo Antiochus Epiphanes rex Syriæ Iesum fratrem eius pontificem declarauit.

IESVS, qui & Iason Simonis ij. F. Ioseph. li. 12. creatus ab Antiocho Epiphane. Hunc Euseb. præterit. seditione concitata primus abdicatus est ab eodem Antiocho, & pontificatus ad tempus dari cœptus.

ONIAS iij. qui & Menelaus, Simonis ii. filius. Creatus ab Ant. Epiphane, & post necatus. Hierosolyma direpta. Liber Maccabæorum Menelaum fratrem facit Simonis cuiusdã Beniamite, hominis seditiosi. Hunc Eusebius præterit.

LYSIMACHVS frater Menelai. libr. 1. Maccabæorum. à Iosepho & Eusebio omissus.

ALCIMVS, qui & Ioacim ex posteris Leui, sed non Eleazari, aut Ithamari ab eodem rege successus. Maccab. lib. 1.

Onias Oniæ tertij pontificis filius ad Ptolemæum regem cōfugit, & templum in He-liopoli Aegypti condidit. Hunc Eusebius præterit.

IVDAS Maccabæus Matthatiæ Assamo nei F. ex posteris Leui, sed non Eleazari à populo lectus. Iosephus libro XII. Eusebius

à libro Maccabæorum præteritus.

IONATHAS Mattharię Assamonei F. Princeps Iudæorum à Demetrio rege Syrię subiectus Maccab. li. 1. Ioseph. 13. Eusebius.

SIMON Ionathæ frater Princeps. succedit fratri Ionathæ. vnde pōtificatus in Assamoneorū familia vnà cum principatu fit hereditarius. Macc. 1. Ioseph. 1. 13. Euseb. itidē

IOANNES Hyrcanus Simonis F. Iosephus lib. 13 Euseb.

ARISTOBVLVS Ioannis F. Regis nomen assumpsit. Ioseph. lib. 13. Euseb.

IANNEVS Alexander Ioannis F. Rex. Ioseph. lib. 13 Euseb.

HYRCANVS Iannei Alexandri F. rex. pellitur à fratre minore Aristobulo. Ioseph. li. 14. Euseb.

ARISTOBVLVS Iannei Alexandri F. pulso Hyrcano fratre rege, & pontifice rex fit, & pontifex. Inde à Cn. Pompeio duce Romano pellitur. Ioseph. li. 14 Euseb.

HYRCANVS Iannei Alexandri F. restitutus à Pompeio iterum pōtificatum gerit. Inde capitur à Parthis, & Antigono Aristobuli regis, & pontificis filio, ac, ne pontificatum resumere possit, mutilatur. Ioseph. li. 14.

ANTIGONVS Aristobuli regis, & pōtificis F. capto Hyrcano patruo, & mutilator rex, & pontifex. idem ab Herode Antipatri

patri filio Aſcalonita rege illi à Romanis obiecto interficitur. Ioseph. lib. 15.

ANÆLVVS Leuites Babylonius ab Herode rege substitutus, & remotus. Ioseph. li. 15.

ARISTOBVLVS Alexandræ Hyrcani regis, & pontificis filix, filius ab Herode rege substitutus & remotus. Ioseph. lib. 15. Frater fuit Mariamnes vxoris Herodis.

ANÆLVVS iterum ab Herode rege datus, & remotus. Ioseph. lib. 15.

JESVS Phabetis F. alienigena ab Herode rege datus, & remotus. Ioseph. li. 15.

SIMON Boethus Alexandrinus alienigena, focer regis Herodis, ab eodem datus, & remotus. Ioseph. lib. 15.

MATTHIAS Theophili F. Hierosolymites ab Herode rege datus, qui cū somniasset nocte, se cum muliere committam, sequenti die, qui dies erat Ieiunij.

IOSEPHVS Elimi F. cognatus eius pro eo sacerdotali munere functus est. Ioseph. li. 17. Matthia inde remoto.

IOAZARVS Simonis Boethi F. Herodis regis vxorius ab eodem datus. Ioseph. l. 17. Sub hoc nascitur Iesus **CHRISTVS**. Nicephorus in Chronologia. Inde ab Archelao rege Herodis filio, & successore remotus. Ioseph. lib. 17.

ELEAZARVS Simonis Boethi F. ab Archelao

lao rege factus, & remotus. Ioseph. lib. 17.

IESVS Siæ F. ab Archelao rege datus, & remotus. Ioseph. lib. 17.

IOAZARVS iterum ab Archelao rege factus. & post relegationem Archelai à Quirino proconsule Syriæ remotus imperante in Iudæa Augusto. Ioseph. lib. 18.

ANNA, siue Annanus Sethi F. à Quirino proconsule Syriæ datus imperante Augusto, & à Valerio Grato procuratore Iudææ remotus imperante Tiberio. Iosephus libro 18.

ISMAELVS Iabi F. à Valerio Grato procuratore Iudææ datus, & remotus. Iosephus lib 18.

ELEAZARVS Annæ pontificis F. à Valerio Grato procuratore datus, & remotus: Ioseph. li. 18.

SIMON Camithi F. à Valerio Grato procuratore datus, & remotus adhuc imperante Tiberio. Ioseph. li. 18.

IOSEPHVS CAIFAS Annæ pontificis gener à Valerio Grato procuratore datus. adhuc imperante Tiberio. Ioseph. lib. 18. Evangelistę omnes. Actuũ 4. Sub hoc **CHRISTVS** est passus.

IONATHAS Annæ pontificis F. à Vitellio proconsule Syriæ datus, imperante Caio, & ab Agrippa Herode rege Iudææ remotus.

motus. Ioseph. lib. 18. Ant. & li. 2. de bello.

THEOPHILVS Annæ pontificis F. ab Agrippa Herode rege datus, & remotus imperante Claudio. Ioseph. lib. 18.

SIMON Boethi pontificis F. Canthara ab Agrippa Herode rege datus, & remotus. Ioseph. lib. 19.

MATTHIAS Annæ pontificis F. ab Agrippa Herode rege datus, & remotus. Item.

ÆLIONEVS Simonis Cantharæ pontificis F. ab Agrippa Herode rege datus, & ab Agrippa Herode secundo rege Chalcidicæ remotus. is enim mortuo Agrippa fratre rege Iudææ, ius pontifices instituendi à Claudio impetrauerat. Ioseph. li. 20.

IOSEPHVS Camyti F. ab Agrippa rege Chalcidicæ datus, & remotus imperante Nerone Ioseph. lib. 20.

ANANIAS Nebedei F. ab Agrippa rege Chalcidicæ datus, & remotus. Ioseph. li. 20. quem S. Paulus parietem dealbatum vocauit. Act. cap 23.

ISMAELVS Siæ F. ab Agrippa Rege Chalcidicæ datus. Romæ obles retentus. Ioseph. lib. 20.

IOSEPHVS Cabus Simonis Cantharæ pontificis F. ab Agrippa rege Chalcidicæ datus, & remotus. Ioseph. lib. 20.

ANNA

ANNA, siue Annanus Annæ pontificis F. ab Agrippa Rege Chalcidicæ datus, & remotus. Hic S. Iacobum minorem fratrem Domini interfecit. Iosephus lib. 20. Actuum duodecimo.

IESVS Damnei, siue Mnaseæ F. ab Agrippa rege Chalcidicæ datus, & remotus. Ioseph. lib. 20.

IESVS Gamalielis F. ab Agrippa Rege Chalcidicæ datus, & remotus. Iosephus lib. 20.

MATTHIAS Theophili F. ab Agrippa rege Chalcidicæ datus, & remotus. Ios. l. 20

PHANNIAS, siue Phanassus Samuelis F. à populo tumultuâte sorte lectus. Sub hoc Hierosolyma à Tito capta, atq; incensa. Ioseph. lib. 20.

Ex hac pontificum successione apparet, ita vnum alteri successisse, vt nunquam binum ex ordine simul pontificatum administrarint. Quare quæsitum est à multis, atque adhuc queritur, quid sibi voluerit S. Lucas, cum in principio Euangelij dixit: *Sub principibus sacerdotum Anna, & Caifa verbum Domini factum est super Ioannem*, cum Iosephus in illum annum, atque annos vnum tantum Caifam pontificem ediderit, quem scriptura principem sacerdotum, & magnum sacerdotem, vt dixi, appellat. atq; idem acta

tertij

tertij post anni referens, quo Caiſas à S. Ioanne pontifex illius anni dicitur ſcriptuſ: *Et Annas princeps ſacerdotum & Caiſas.*

Reſpondet S. Auguſtinus in Expoſitione ſancti Ioannis, fortasse per ea tempora conſtitutum fuiſſe, vt plures ſimul pontifices eſſent, & per annos ſingulos vicibus miniſtrarent; Annam verò, & Caiſam alternis annis pontificatum geſiſſe, aut vno anno plures adminiſtrare. Verù quoniã ſine auctoritate loquitur, nec ſententię certus eſt, & Iosephus his temporibus proximus certa pontificum ſucceſſione allata conſuetudinem illam apertè redarguit, ſic, vt cauſam aliam quærendam eſſe exiſtimem. Puto igitur, partim veterem conſuetudinem eſſe ſeruata, vt nunquam niſi vnus ſummus pontifex eſſet, partim nouam inductam, vt pontificij omnes, id eſt qui pontificatum geſiſſent, pontifices vocarentur, vt qui ex conſuetudine veteri dignitatem ſemel ſuſceptam, vſque ad mortem retinere deberent, quo modo nunc Epifcopi etiam appellantur, & ſunt, qui Eccleſiam dimiſerunt. Anna verò præcipuè nominatus eſt, non quòd verè tum pontifex eſſet, ſed quia ex pontificijs ſocer erat Caiſæ, qui tum erat pontifex, id eſt, pontificatum verè adminiſtrabat. Eadem enim ratione Iosephus

libro

libro Belli secundo imperante Claudio nominat Ionatham, & Annam pontifices, cum tamen tum verè tantum Ionathas pontificatus præsset, Anna verò ex pontificijs Ionathæ pater esset. Item post nominat Ananum eiusdem Annæ filium, & Iesum simul pontifices, cum tamen Ananus abrogatus, Iesus suffectus fuisset. & libro quarto vocat Ananum pōtificum vetustissimum, & mox Iesum post Ananum etate maximum, id est eorum, qui pontificatum gessissent. Item post Phanniam pontificem creatum, nominat probatissimos inter pōtificates Iesum Gamalielis filium, & Ananum Annæ filium, qui pontificij erant. & eodem Phannia subrogato, tamen Ananum vestem pontificiam gessisse adscribit, & lib. xx. Antiquitatis pontifices cum sacerdotibus contendisse inquit, atque hoc modo inde semper loquitur, ut pontifices pro pontificijs ponat de Anna verò scribit: *Felicissimus Anna fuit, filios namque omnes Dei pontifices vidit, atque ipse primum hunc honorem plurimis annis gessit, quod nemini pontificum apud nos contigit.*

De Sacerdotibus. CAP. II.

VT autem vnus, & summus extitit pontifex, sic sacerdotes & multi fuere, & minore dignitate, atque auctoritate, quam pon-

pontifex. id autem planum fiet, si in his eadem considerabimus, quæ in Pontifice exquisuimus, nempe vestitum, consecrationem, conditiones, atque officia.

A C Vestes quidem sacerdotum ex fuerent, quas cum pontificibus communes diximus. tunica lineæ, baltheus, mitra, feminalia. de quibus sic præcipitur Exodi xxviii. *Filios quoque Aaron applicabis, & indues tunicis lineis, cingesq; baltheo, & impones eis mitras, eruntq; sacerdotes mihi lege perpetua. & mox: Facies & feminalia lineæ, ut operiant carnem turpitudinis suæ à renibus vsque ad femora, & utentur eis Aaron & filij eius, quando ingrediuntur Tabernaculum. Testimonij, vel quando propinquant altari, ut ministrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur.* Factum autem narratur viij. Leuitici. *Filios Aaron oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit baltheis, imposuitq; mitras, ut iussisset Deus.*

Extra ordinem etiam sacerdotes induere Ephod, id est, Superhumeralè, sed lineum. xxiiij. primi Regum. *Irruit in sacerdotes, & trucidauit octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo.* Vbi notauit S. Hieronymus. **EPHOD** illud fuisse lineum, non autem ex hyacintho, bysso, cocco, purpura, & auro, ut pontificum. *Ephod, enim ut inquit S. Eucherius, duo genera, unum lineum, & simplex,*

quod sacerdotes habebant, alterum diuersis coloribus ex auro purpura, bysso, hyacintho, gemmisq; contextum, quo soli pontifices utebantur: Sacerdotale vocatur Ephodbad, id est, Superbum merale lineum.

Ritus autem CONSECRATIONIS idem fuit, atque pontificis, nempe vt offerrentur, lauarentur, vestirentur, vngerentur, & consecrarentur. Exodi xxix. Filios quoque Aaron applicabis ad ostium Tabernaculi, cumq; laueris eos aqua, indues vestimentis suis, tunicis lineis, cinges baltheo, impones mitras: postquam intiaueris manus eorum, applicabis & vitulum coram Tabernaculo Testimonij. & viij. Leuitici. Filios quoq; oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit baltheis, imposuitq; mitras, ut iusserat Dominus. Inde refertur sacrificium vituli, & arietis, quod in consecratione fiebat, de quo in consecratione pōtificis diximus. eodem enim modo & sacerdotes, & pontifex consecrati sunt per septem dies.

CONDITIONES porrò hæ sacerdotibus sunt impositæ. Leuitici x. Dixit Dominus ad Aaron. Vinum, & omne, quod inebriare potest, non bibetis tu, & filij tui, quando intrabitis in Tabernaculum Testimonij, ne moriamini. & xxj. Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguinitate, ac propinquitate, id est super patrē, & matrē,
& fi-

& filium, ac filiam, fratrem, quoque, & sororem virginem, sed nec in principe populi. nec radent caput, nec barbam. neque in carnibus suis facient incisuras. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen. incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Scortum, nec vile prostibulum ducet uxorem, nec etiam qua repudiata est à marito, sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Hinc Iosephus vj. Belli. Ad altare, templumq; accedebat carentes omni vitio sacerdotes, veste amicti byssina, maximè verò mens abstinentes, ac sobrii religionis metu, ne quid rem diuinam faciendo peccarent.

OFFICIA verò eorum hæc fuere, vt olea conseruarent, vasa Tabernaculi inspicerent, quotidie incensum offerrent, & sacrificium quotidianum facerent, & si quando extra ordinem pro populo, aut pro priuatis offerendum esset, ipsi offerrent, & diebus festis sacrificium populi agerent, & pelles Holocaustorum detraherent.

De incenso, & sacrificio quotidiano, & oleis, & vasis sic traditur quarto Numerorū: *Ad curam Eleazar filij Aaron sacerdotis pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium, quod quotidie offertur, & oleum unctionis, & inspectio totius*

tabernaculi, & omnium vasorum que in Tabernaculo sunt. Et sexto primi Paralipome non ut diximus: Aaron, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti. & super altare thymiamatis in omne opus Sancti Sanctorum & ut precarentur pro Israë iuxta omnia, que praeceperat Moyses. & xxvj Ozias rex ingressus templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis, statimq; post eum ingressus est Azarias Pontifex, & cum eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi, restiterunt ergo atque dixerunt Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. egredere de Sanctuario ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Deo: itaque Ozias, & tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis cumq; respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius. & expulerunt eum. Horum autem utrunque post confirmavit, regnante Ioia Iudaea pontifex de quo scriptum est. Mandavit custodiam templi sacerdotibus, & Levitis secundum prescriptum David, iubens eos in die inferre constituta holocaustorum sacrificia, & adolere incensum secundum legem. Unde S. Lucas primo:

mo : Cum sacerdote suo fungeretur Zacharias in ordine vicis sue ante Deum secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exit, ut incensum poneret ingressus in templum Domini. & S. Paulus vii ad Hebræos Christus pontifex non habet necessitatem quotidie, quemadmodum reliqui sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi.

De sacrificio verò pro populo, & pro priuatis extra ordinem offerendo ad ea, quæ supra retulimus, cum de Holocaustis, & cæteris sacrificijs scribebamus, hoc etiam adiungemus. Pro populo, xxix secundi Paralip. Cum Ezechias rex dixisset filijs Aaron, vt offerrent super altare Domini, inde sic pergitur : *Mactauerunt tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt, immolantes agnos, & fuderunt super altare sanguinem: applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine, imposueruntq; manus suas super eos, & immolauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuersi Israël pro omni quispè Israël praeceperat rex, vt Holocaustum fieret, & pro peccato Pro priuato autem, Leuitici xvij lex traditur : *Homo quilibet de domo Israël, si occiderit bonem, aut ouem, sine capram**

in castris, uel extra castra, & non obtulerit ad ostium Tabernaculi oblationem Domini, sanguinis reus erit Ideo sacerdoti offerre debent filij Israël hostias suas, quas occidunt in agro, ut sanctificentur Domino ante ostium Tabernaculi Testimony, & immolent eas hostias pacificas Domino, & nequaquam ultra immolabunt hostias suas demonibus, cum quibus fornicati sunt.
 De sacrificijs festis diebus faciendis supra in pontificibus dictum est.

De pellibus autem Holocaustorum detrahendis primo Leuitici, ubi agitur de holocausto per pontificem offerendo: *Immolabit pontifex vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron sacerdotis sanguinem eius fundentes super altaris circuitum, detrahaq; pelle hostie arcus in frustra concident, & subicient in altari ignem stru: lignorum, ante composita, & membra, que sunt caesi, de super ordinantes, & secundo Paralip. xxix. Sacerdotes uero paucierant, nec poterant sufficere, ut pelles holocaustorum detraherent.*

Hæc uero omnia renouauit Deus, postquam ab exilio Babylonico reuerterunt, ut scriptum xliij. Ezechielis: *Sacerdotes filij Sadoe, qui custodierunt, caeremonias Sanctuarij mei, cum errarent filij Israël à me, ipsi accedunt ad me, ut ministrent mihi, & stabunt in conspectu meo, ut offerant mihi adipem, & sanguinem.*

ipsi ingredientur Sanctuarium meum, & acce-
 dent ad mensam meam, ut ministrent mihi, &
 custodiant ceremonias meas. Cumq; ingredien-
 tur portas atrij interioris stolis lineis induentur,
 nec ascendet super eos quidquam lineum, quan-
 do ministrant in portis atrij interioris. vitte li-
 neae erunt in capitibus eorum, & feminalia lineae
 erunt in lumbis eorum, & non accingentur in
 sudore, cumque egredientur in Atrium exte-
 rius ad populum, exuent se stolis suis, in quibus
 ministraverunt, & reponent ea in excelsis San-
 ctuarij, & vestient se stolis alijs, & non sanctifi-
 cabunt populum in vestibus suis. Caput autem
 suum non radent, neque comam nudabunt, sed
 cooperientes cooperient capita sua. Et vinum
 non bibet omnis sacerdos, quando ingressus est
 atrium interius, & viduam, & repudiatam nō
 accipient uxores, sed virgines de semine domus
 Israël, sed & viduam, qua fuerit vidua à sa-
 cerdote, accipient. Et ad mortuum hominem
 non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem,
 & matrem, & filium, & fratrem, & soro-
 rem, qua alterum virum non habuerit, in qui-
 bus contaminabuntur. & postquam fuerit emis-
 satus, septem dies numerabuntur ei. Et in die in-
 troitus sui in Sanctuarium, ad atrium interius
 ut ministret mihi in Sanctuario, offeret pro pec-
 cato suo, non erit autem eis hereditas, ego he-
 reditas eorum, & possessionem non dabitis eis in

Israël. ego enim possessio eorum. Victimæ & pro peccato, & pro delicto ipsi comedent. & omne votum in Israël ipsorum, erit. & primitiua omnium primogenitorum, & omnia Libamenta ex omnibus, quæ offeruntur, sacerdotum erunt. & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domui suæ: omne morticinum, & captum à bestia de auibus, et de pecoribus non comedent sacerdotes.

His explicitis, nunc ex quo genere sacerdotes lecti sint, & vt in classes xxiiij. distributi sint, ostēdamus. Primi ergo sacerdotes fuere Nadab. Abiu. Eleazar, & Ithamar filij Aaronis, ex mandato Dei vestiti, & consecrati. Extinctis verò Nadab, & Abiu, quòd ignem alienum, non sacrum, sacrificijs intulissent. remansere Eleazar, & Ithamar, qui pontificum & sacerdotum progeniem prodiderunt.

Dauid autem, cum ætate sua sexdecim essent familiæ ab Eleazaro profectæ; octo verò ab Ithamaro, omnes sacerdotes in xxxiiij. classes destinauit, atque eis nomen imposuit ab eo, qui tum illius familiæ principatum gerebat. Ordo verò earum forte ductus est, vt vna diceretur prima, altera secunda, & sic deinceps, vnde viginti quatuor sorte, à S. Eucherio dictæ.

Nomina verò eorum, qui familiarum

principes nomen classibus dederunt, hæc, atque hoc ordine fuerunt, vt scriptum est xxiiij. primi Paralip. *Exiit fors prima Ioarib. secunda Iedei, tertia Charib. & quæ sequuntur hoc modo:*

1 Ioarib.	13 Epha.
2 Iedias.	14 Iesbaal.
3 Charib.	15 Blega.
4 Seorim.	16 Emer.
5 Melechias.	17 Ietthi.
6 Benjamin.	18 Aphisses.
7 Aecos.	19 Phettias.
8 Abias.	20 Ieziel.
9 Iesus.	21 Achin.
10 Sichimas.	22 Samuel.
11 Elefub.	23 Dalias.
12 Iacim.	24 Iebeli.

Meminit verò etiam primæ classis Ioarib Iosephus in Antiquitatibus scribens; Matthatiam Assamonei nepotem sacerdotem fuisse de classe Ioarib Hierosolymitanum, & in Vita sua, cum dixit: *Mibi non solum est genus à sacerdotibus, sed etiam ex prima classe Ioarib viginti quattuor. & octauæ, quæ fuit Abia, meminit S. Lucas: Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia.* Quas enim nos more Romano vocauimus classes, Latinus interpres vertit modo vices,

modo turmas, Græcus, ἐφημερίαις, & ἐφημερί-
 δας, vt postea apparebit. Fuere autem, teste
 Theophylacto, ephemeris idem, quod heb-
 domadz. Quod ex xxiiij. secundi Paralipo-
 me. declaratur: *Ioiada sacerdos non dimiserat
 abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas
 succedere consueverant.* Græcus enim pro tur-
 mas habet ephemerias, vt xxv. secundi Para-
 lip. *Secundum ephemerias nostras constitutas à
 Davide.* Quas verò vices, siue classes David
 instituit. eas post Salomon ipse ex illius au-
 ctoritate descripsit, vt proditum est v. secun-
 di Paralip. *Tempore Salomonis, dum Arca in
 templum inferebatur, non adhuc vices, & mi-
 nisteriorum ordo inter sacerdotes diuisus erat. &
 octauo: Salomon constituit iuxta dispositionem
 patris sui officia sacerdotum in ministerijs suis.*
 Huius verò instituti hæc ratio fuisse vide-
 tur. David omnes sacerdotes quotidie mi-
 nisterijs sacris noluit occupari, sed singulas
 classes singulis hebdomadibus operari. ac
 primum ordinem classium sorte duxit, de-
 inde sacerdotes singularum fortiri classi-
 um voluit, quo quisque officio in sua heb-
 domade fungeretur. exempli gratia quis in-
 censum poneret, quis sacrificaret. Sic enim
 scriptum est apud S. Lucam: *Cum Zachari-
 as sacerdotio fungeretur in ordine vicis sue an-
 te Deum secundum consuetudinem sacerdotij
 sui,*

*sui, forte exijt, ut incensum poneret ingressus in
 templum. & apud Iosephum secundo contra
 Appionem: Licet sint viginti quatuor classes
 sacerdotum, quarum singula plus quàm quinque
 millia hominum habeant, per certos tamen dies
 particularis sit observatio, quibus tranjactis alij
 succedentes ad sacrificia veniunt, & convocati
 in templum meridie à precedantibus claves tem-
 pli, & ad numerum vasa omnia accipient, nul-
 lare, quæ ad esum, aut potum attineat, in tem-
 plum illata. Quod verò S. Ambrosius, & S.
 Augustinus censuerunt, Zacharium summum
 pontificem fuisse, nisi ea coniectura, quòd
 incensum adoleuit, quod nemini facere li-
 cuerit, nisi pontifici, de eo iure dubitari for-
 tasse possit. Neque enim Zacharias potuit
 esse pontifex, cum illo anno, teste Iosepho,
 Ioazarus pontificatum administrarit. neq;
 de summo pontifice dixisset S. Lucas: *Sacer-
 dos quidam*. nec pontifices habebant vices,
 & forte, ut sacerdotes, & incensum non
 minus adolebant sacerdotes, quàm ponti-
 fex, ut supra demonstrauimus. Quare sim-
 pliciter sacerdotem fuisse, necesse est. Men-
 tio porrò harum etiam vicium fit Esdræ
 v) *Fecerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Le-
 uitas in vicibus suis. & primo tertij: Fecit Iosi-
 as Pascha statuens iace doses per vices diebus
 stolis amictos in templo Domini.**

Iam verò singulis clāsisibus sacerdotum quidam præerant sacerdotes, qui etiam cōmuni nomine cum summo pontifice ἀρχιεπῆς, à Latino verò interprete princeps sacerdotum, & pontifices veriti sunt. Quæ res miras huic doctrinæ offudit tenebras. Sic autem loquutus est Eldra octauo *Custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarum, et ducibus familiarum in Hierusalem.* & S. Marcus xiiij. *Adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem Caifam, summi verò sacerdotes quærebant aduersus Iesum testimonium.* Atque omninò in vniuerso illo Christi iudicio alius est summus pontifex, alij sunt principes sacerdotum, qui ad summum sacerdotem conuenisse dicuntur. Talis verò fuit Eldra, qui princeps sacerdotum dicitur, nec tamē pontificatū maximū gessit. Tales Ioannes, & Alexander, de quibus iij. Actuum: *Et Annas princeps sacerdotum, & Caifas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant è genere sacerdotali.* Nam Caifas erat verè pontifex. Annas Pontificius, vt supra dictum est, reliqui principes classium sacerdotium, quod expressum est in græco, ἐκ γένους ἀρχιερατικῆς, id est, ex genere principum sacerdotum. nam Concilium, de quo ibi agitur, imbutant non solum pontifex, sed etiam principes classium sacerdotium

talium, vt postea demonstrabimus. Talis de-
 mum Scæua Actuum xix. *Erant enim idam
 Iudes nomine Scæue, principis sacerdotum, se-
 ptem filij. neque enim Scæua vilius pontifica-
 tum maximum gessit, aut gere e Ephesi, de
 qua ibi agitur, potuit.*

Cum ergo sacerdotes omnes ex posteris
 essent Eleazari, & Ithamari, satis constat, e-
 oisdem ex tribu Leui fuisse, quæ à Deo se-
 uocata in sacerdotium fuerat. Vnde S. Pau-
 lus vij. ad Hebræos scripsit: *Is in quo hæc di-
 cuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari præ-
 sidi fuit, manifestum est enim, quod ex Iuda ortus
 sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdo-
 tibus Moyses noster loquutus est. De toto verò
 sacerdotum genere sic scripsit Iosephus pri-
 mo contra Appionem: Non solum ab inuito
 probatissimos viros, & in Dei placatione præpa-
 ratos ad hæc exercenda constituerunt, sed vt ge-
 nus sacerdotum sine admistione consisteret, prou-
 derent, oportet enim eum, qui sacerdotium habi-
 turus est, ex eius gentis nasci muliere, & genus
 per antiquam lineam & multis testibus appro-
 bare. Quod scilicet agimus non solum in ipsa Iu-
 dea, sed ubicunque nostra gens reperitur, etiam
 ibi integritas circa nuptias sacerdotum, serua-
 tur, hoc est in Aegypto, & Babylonia, & ubi-
 cunque quilibet de sacerdotum genere dispersi
 sunt, mouent enim Hierosolymam conseribentes
 à patre*

à patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum, qui huius rei testimonia præbuere. Si autem bella eueniant, tunc qui de sacerdotibus supersunt, probant mulieres, quæ relinquuntur. nō enim ad captiuas accedunt, & alienigenarum consortia formidantes. Ac pontifices apud nos à bis mille annis denominati filij à patre conscripti sunt. Si quis verò prauaricetur, interdicitur ne aut ad altare accedat, aut alia sanctificatione fungatur.

De Leuitis. CAP. III.

Sacerdotes porrò sequuntur Leuitæ. Hi uerò duobus modis accipiuntur. nam & omnes ex tribu Leui Leuitæ dicti sunt, sub quam vocem etiam pontifices, & sacerdotes subijciuntur; & præter pontifices ac sacerdotes reliqui, qui præcipuum sibi sacrorum ministerium vindicarunt, de quibus nunc agendum est. Leuitæ igitur omnes eiusmodi ex posteris quidem Leui, verum non ex familijs Eleazari, aut Ithamari genus traxerunt. Leui enim filios reliquit tres, Gerson, Cahat, & Merari. Cahat uerò Amram, Isasar, Hebron, & Oziel. Ex Amram natus est Moy ses, & Aaron: ex Aarone Eleazar, & Ithamar. Vt autem ab Aarone pontificum, & sacerdotum genus per posteros Eleazari, & Ithamari est propagatum, sic per reliquos Leui filios, ac nepotes reliquum genus sacro-

factorū ministrorū, quos Leuitas vocamus.

Horum autem ordo duplex fuit. vnus à Moysè institutus, alter à Dauide. Dicam prius de priore. His Leuitis commisit Deus curam Tabernaculi, & vasorum, & instrumentorum eius, & Arcæ fœderis, vt ea deferrent, & custodirent, & vt sacerdotibus ministrarent. Numerorum primo: *Tribute Leui noli numerare, neq; pones summam eorum cum filijs Israël, sed constitue eos super Tabernaculum Testimonij, & cuncta vasa eius, & erunt in ministerio, ac per gyrum Tabernaculi metabuntur. Cū proficiscendum fuerit, deponent Leuita tabernaculum, cum castra metanda, erigēt. quisquis externorum accesserit, occidetur. & tertio: Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent, & obseruent, quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram Tabernaculo Testimonij seruientes in ministerio eius, dabisq; dono Leuitas Aaron, & filij eius, quibus traditi sunt à filiis Israël. Aaron autem, & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur. Ego tuli Leuitas à filiis Israël pro omni primogenito, qui aperit vulnā in filiis Israël, eruntq; Leuita mei. meus est omne primogenitum, ex quo percussi primogenitos in terra Egypti. sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israël. ab homine*

*usque ad pecus, mei sunt. Inde officia singulis
 familijs Leuitarum distribuit, inquit: Nu-
 mera filios Leui per domos patrum suorum, &
 familias, omnem masculum ab uno mense, & su-
 pra. Numeravit Moyses, & inuenti sunt, filij
 Leui per nomina sua Gerson, & Cabat, & Me-
 rari. Filij Gerson, Lebni, & Semei, filij Cabat
 Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. Filij Mera-
 ri Moholi, & Musi. Libnita, & Semeita ta-
 bernaculum metabuntur ad occidentem sub prin-
 cipe Heliasaph filio Lael, & habebunt excubias
 in Tabernaculo foederis ipsum tabernaculum,
 & operimentum eius. tentorium, quod trahitur
 ante fores tecti foederis, & cortinas atrij, tentori-
 um quoque, quod appenditur in introitu atrij
 Tabernaculi, & quidquid ad ritum altaris per-
 tinet, funes Tabernaculi, & omnia utensilia ei-
 us. Amramita, Isaarita, Hebronita, & Ozie-
 lita habebunt excubias Sanctuarij, & castra
 metabuntur ad meridianam, princeps q₃ erit co-
 rum Elisaphan filius Oziel, et custodiet arcam,
 mensamq₃ & candelabrum, altaria, & vasa san-
 ctuarij, in quibus ministratur, & velum, cun-
 ctamq₃ eiuscemodi suppellectilem. Moholita, &
 Musita sub principe Suriel filio Abihazel in
 plaga septentrionali castra metabuntur. erunt
 sub custodia eorum tabula tabernaculi, & ve-
 ltes, & columna, ac bases earum, & omnia quo
 ad cultum huiuscemodi pertinent, columnaq₃
 atrij*

atry per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. Princeps principum Leuitarum, Eleazar filius Aaron sacerdotis erit super excubitores custodiæ Sanctuarij. castrametabuntur ante Tabernaculum fœderis, id est, ad orientalem plagam Moyses, & Aaron cum filijs suis habentes custodiam Sanctuarij in medio filiorum Israël, quisquis alienus accesserit, morietur.

Deinde cap. iiii. exponit, quid eorum quisque agere, & portare debeat arcam, velum, mensam, cortinas, tectum Tabernaculi, tentorium, funiculos, vasa, tabulas, vectes, columnas, bases, totam suppellectilem. Demû cap. viij legem affert: *Hæc est lex Leuitarum.*

A vigintiquinque annis, et supra ingredientur, ut ministrent in Tabernaculo fœderis, & custodiant, quæ ibi fuerint mandata, opera autem ipsa non facient. Atque in his quidem officijs manserunt vsque ad tempora Davidis, ita vt tempore Iosue ipsi arcam trans amnem Iordanem tulerint, vbi sacerdotes Leuiticæ stirpis, nomine sacerdotis latè accepto, dicuntur.

DAVID inde Leuitarum ordinem alterum instituit, priore illo quodammodo abrogato. Nam arcæ ferendæ onere sublato, Leuitas alios sacerdotum, & templi ministros, qui propriæ Leuitæ dicti sunt, alios Cantores, alios Ianitores, alios Scribas, & iu-

dices esse constituit, ministrorum viginti quatuor millia, Scribarum, & Iudicum sex millia, Cantorum quattuor millia, & totidem Ianitorum. Hoc scriptum reperitur xxiiij. primi Paralip. *Congregauit David omnes principes Israël, & Sacerdotes, & Leuitas, numeratiq; sunt Leuita à viginti annis, & supra, & inuenta sunt triginta octo millia virorū. Ex his electi sunt, & distributi in Ministerium domus Domini viginti quattuor millia, Scribarum autem, & iudicum sex millia, porro quattuor millia Ianitores, & totidem psalmes canentes Domino in organis: quae fecerant ad canendum, & distribuit eos David per vices filiorum Leui, Gerson, Cahat, & Merari. & post: Dixit David. Requiem dedit Dominus Deus Israël populo suo, & habitationem Hierusalem in aeternum. Nec erit officij Leuitarum, ut ultra portent Tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum. Iuxta praecepta quoq; David nonissima supputabitur numerus filiorū Leui à viginti annis, & supra, & erunt sub manu filiorū Aaron in cultum domus domini in vestibulis, et exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniverſis operibus templi Domini: sacerdotes autem super panes Propositionis, & ad simile sacrificium, & ad lagana, & azyma, & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pōdus, & mensuram. Leuita verò ut stēt mane ad confi-*

conficiendum, & canendum Domino., similiter-
 q², ad vesperam tam in oblatione Holocaustorum
 Domini, quàm in Sabbatis, & Kalendis, et solē-
 nitatibus reliquis iuxta numerū, & ceremonias
 vniuscuiusq², rei iugiter coram Domino, & cu-
 stodien: obseruationes Tabernaculi fœderis, &
 ritum Sanctuarij, & obseruationem filiorum
 Aaron fratrum suorum, ut ministrarent in domo
 Domini. Item nono eiusdem: De genere quoq²
 Leuitarum erunt, super vasa ministerij, ad nu-
 merum enim effrenentur vasa, & inferentur. De
 ipsis & qui credita habebunt ut ensilia Sanctu-
 arij, præerunt simile, & vino, & oleo, & iburi,
 & aromatibus. si ū autem sacerdotum ex aroma-
 tibus conficiunt. Et Matthias Leuites primo-
 genitus Sellum Corita præfectus erit eorū, quæ
 in sartagine frigebantur. Porrò de filijs Cahat,
 & fratribus eorum, super panes erunt. Propo-
 sitionis, ut semper novos per singula sabbatha
 prepararent. Atque hos item ministros Da-
 uid in xxiiij. classes destinauit, easq^{ue} à Ger-
 sonitis, Cahatitibus, & Meraritis nominauit.
 vnde principes non minus Leuitarum, quàm
 Sacerdotum primi Esdræ octauo comme-
 morantur.

Hæc verò ita instituta, à Dauide post
 perfecta sunt. à Salomone viii. secundi Pa-
 ralipomenon: Constituit iuxta dispositionem
 patris sui officia Sacerdotum in ministerijs suis

Leuitas in ordine suo, ut laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum unius cuiusque diei, & saniores in diuisionibus suis per portam, & portam. Itaque Ezechias rex exolerum Dei cultum restitutus, acciuit sacerdotes, & Leuitas dixitque ad eos secundo Paralip. xxix. *Audite me Leuita, & sanctificamini: mundate domum Domini, auferte omnem immunditiam de Sanctuario filij mes nolite negligere. vos elegit Dominus, ut stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremet is ei incensum.* Inde ita pergitur: Surrexerunt Leuita, & congregauerunt fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt, ut expiarent domum Dei. Sacerdotes quoque ingressi templum, ut sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, sanctificauerunt Domino boues sexcentos, & oues tria millia. Sacerdotes vero pauci erant, nec poterant sufficere, ut pelles Holocaustorum detraherent, unde & Leuita fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites. Leuita quoque quoque faciliore ritu sanctificantur, quam sacerdotes. Inde xxxj. scriptum est: Ezechias constituit turmas (id est, ephemerias, seu vices) sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas unumquemque in officio proprio tam sacerdotum, quam Leuitarum ad Holocausta, & Pacifica, ut ministrarent, & confiterentur, canerentque

que in portis castrorum Domini. Post Iosias in-
 staurato templo Leuitarum quoque mure-
 ra renouauit. sic enim scriptum est xxxv.
Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis
Israëi sanctificabatur Domino locutus est. Pon-
te arcam in Sanctuario Templi, quod edifica-
uit Salomon. nequaquam enim eam ultra por-
tabitis. nunc autem ministrare Deo vestro. & po-
pulo eius Israël, preparate vos per domos, & co-
gnationes vestras in diuisionibus singulorum, sic-
ut precepit Dauid, & descripsit Salomon, &
ministrare in Sanctuario per familias, turmasq;
Leuiticas, & sanctificari immolate Phase. In-
 primis verò mandasse videtur Leuitis, vt vi-
 ce sacerdotum detraherent pelles Holocau-
 storum. nam paullò post additur: *Leuite ste-*
terunt in turmis iuxta regis imperium, & de-
traxerunt pelles Holocaustorum. Nam nisi Io-
 siae instituto hoc factum dicemus, ad Eze-
 chiae tempus reijciemus. quo propter pauci-
 tatem sacerdotum Leuitæ hoc oneris subie-
 runt. Neque enim adhuc reperi, vnde san-
 ctus Hieronymus illud hauserit, quod in
 eum locum scripsit, moris fuisse, vt Leuitæ
 detraherent pelles Holocaustorum, sacer-
 dotes autem, quando Pro peccatis fiebat sa-
 crificium. Nam perpetuum fuisse vltimis
 temporibus hoc Leuitarum onus, ostende-
 re videtur Ezechiel xliij. inquit: *Leuite*

*erunt in sancluario meo editui, & ianitores por-
tuum domus, & ministri domus. ipsi ma-
bunt holocaustum, & victimas populi, & ipsi stabunt
in conspectu eorum, ut ministrent eis. non ap-
propinquabunt ad me, ut sacerdotio fungantur
mibi: neq; accedent ad omne Sanctuarium me-
um iuxta Sancta sanctorum.*

De Cantoribus. CAP. V.

CAntores autem à Dauide diximus insti-
tutos, ut confiterentur, & canerent in
organis Domino. Hæc autem organa diuer-
si generis erant, tubæ, cymbala, psalteria, ci-
tharæ, & quæ præcipuè organa dicebantur.
Canebant autem voce hymnos, quos Da-
uid. Asaph, Idithun, Heman, & Hatan com-
posuerant, & in confessione verba illa cre-
bro usurpabant: *Confitemini Domino quoniã
bonus, quoniam in saculum misericordia eius.*
Tunicis porrò bysiniis induebantur, atque
ita à sacerdotibus lineas habentibus distin-
guebantur. Hoc autem munus assignavit
David tribus filijs Iohel, qui genus trabe-
bant à Gesone. nempe Asaph, Heman, &
Idithun: quorum xxiiij. erant filij, quattu-
or Asaph, sex Idithun, quattuordecim He-
man, qui pariter sorte ducti singulis vice-
nis quaternis classibus nomen dederunt.
De his autem sic scriptum est eodem in lo-

co: Iſti ſunt filij Leui ſecundum domos familiarum ſuarum, miſeruntq; & ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Achimelec, & principibus familiarum ſacerdotaliũ, & Leuiticarũ tam maiores, q̃ minores. Oēs ſors aequaliter diuidebat. Igitur Dauid, & præfectus exercitus ſegregauerũt in miniſteriũ filios Afaph, et Heman, & Idithun, q̃ prophetarent in cytharis, & pſalterijs, & cymbalis ſecundum numerũ ſuo ſibi dedicato officio ſeruiẽtes filij Afaph quatuor ſub manu Afaph prophetantes iuxta regem. filij Idithun ſex, qui in cithara prophetabant ſuper conſidentes, & laudantes Dominum, filij Heman quattuordecim. Videntes regis in ſermonibus Dei, ut exaltaret cornu. Vniuerſi ſub manu patris ſui ad cantandum in templo Domini diſtributi erant in cymbalis, & pſalterijs, & cytharis in miniſteria domus Domini iuxta regem. Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis, qui eruditi erant, in Cantico Domini ducenti octoginta octo, miſeruntq; eis sortem ephemeriarum ſecundum magnum, & paruum, perfectorum, & diſcentium. atq; inde ordinem earum, ſũt autem vices xxiiij, perſequitur hoc modo:

- | | |
|-------------|--------------|
| 1 Ioseph. | 5 Nathanias. |
| 2 Godolias: | 6 Bocciau. |
| 3 Zaccur. | 7 Ifreela. |
| 4 Ifari. | 8 Iefaias |

9 Mathanias.	17 Iesbacassas.
10 Semeias.	18 Hannani.
11 Azareel,	19 Mellothi.
12 Nasabias.	20 Eliatha.
13 Subael.	21 Othir.
14 Matthatias.	22 Gedelthi.
15 Ierimoth.	23 Mahazioth.
16 Hananias.	24 Romentiezer.

Officia verò eorum descripta multis in locis reperiuntur, præcipuè autem in septimo secundi Paralipo. regnante Salomone: *Sacerdotes stabant in officijs suis, & Levite in organis carminū Domini, quæ fecit David Rex canentes per manus suas. porrò sacerdotes canebant tæbis ante eos: & v. Egressis autem sacerdotibus de Sanctuario (omnes enim sacerdotes, qui ibi posuerant inveniri, sanctificati sunt. nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos divisus erat) tam Levite, quam Cantores, id est, & qui sub Alaph erant, & qui sub Heman. & qui sub Idithun, filij, & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalterijs, & citharis concrepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti canentibus tubis. Iguur cunctis pariter & in bis & voce, & cymbalis, & organis, & diversi generis musicorum concinentibus, & vocem in suolime tollentibus, longè sonitus audiebatur, na ut cum Dominum laudare cœpissent, & dicere:*

Confi-

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, impleteretur domus Dei nube, nec possent sacerdotes stare, & ministrare propter caliginem. item xx. Iosaphat rex statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in aeternum misericordia eius. Item tertio primi Esdræ. Concinebant in hymnis, & confessione Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. & xij. In diebus Dauid, & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum carmine laudantium, & confitentium Deo.

Addit etiam Iosephus libro viij. eundem Salomonem stolas Levitarum hymnos canentium ex bysso ducenties mille fecisse, libro autem xx. eosdem pro stola byssina lineam sacerdotalem impetrauisse tempore Agrippæ regis Iudææ. *Ex tribu, inquit, quicumque hymnorum cantores erant, regi suaserunt, ut conuocato Concilio, sibi concederet stola lineam uti, perinde ac sacerdotibus licebat. Rex autem ex sententia eorum, qui concilium inibat permisit, ut priore veste posita, lineam indueret. parte autem tribus in templo operante, & his concessit, ut hymnos ediscerent, quemadmodum monebant. quorum utrumque legibus erat aduersum.*

De Ianitoribus. CAP. VI.

Ianitores porrò ministri fuerunt, qui ad ianuam templi excubabant, & sacras arculas observabant, de quibus in primo Paralipomenon, hoc modo: *Ianitores autem Sellum, & Accub, & Telmon, & Abiman, & frater eorum Sellum princeps. Usque ad illud tempus in porta regis ad orientem observabant per vices suas de filiis Levi, Sellum filius Core cum fratribus super opera ministerij, custodes vestibulorum Tabernaculi, & familiae eorum per vices castrorum Domini custodientes introitum. Phinees filius Eleazari erat dux eorum coram Domino Zacharias filius Mosolamia, ianitor portae Tabernaculi Testimonij. Omnes hi electi in ostiarios per portas ducenti duodecim, & descripti in villis proprijs, quos constituerunt Dauid, & Samuel: Videns in fide sua tam ipsos, quam filios eorum in ostijs domus Domini, & in Tabernaculo vicibus suis. Per quatuor ventos erant ostiarij, idest, ad orientem, & ad occidentem, & ad aquilonem, & ad austrum. His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant super exedras, & thesauros domus domini, per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodijs suis, ut, cum tempus fuisset, ipsi mane aperirent fores.*

Hi verò in vigintiquatuor quoque classes, siue

sive vices, diuisi sunt, vt scriptum est xxvj. Quarum septem primæ nominatæ sunt à filijs Selemiæ Zacharia, Iadibel, Zabadia, Iathanael, Aelá, Iohanan, Elioenai, octo sequentes à filijs Obededó, Semria, Iozabad, Sachar Nathanael, Ammiel, Isiachar, Phollathi, & à filijs Semeie primogeniti ex Othni, Raphael, Obed, Elzabad, Eliu, & Sarmachia, reliquas à filijs Hofæ, Semri, Helcia, Tabellia, Zacharia. Quibus expositis additur. *Hæ diuisi sunt in ianitores, vt essent principes custodiarum sicut & fratres eorum, vt ministrarent in domo Domini. Misæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis, & magnis per familias suas in unamquamque portarum. Cecidit ergo sors orientalis Selemia Zachariæ filio eius septentrionalis: Obededó verò, & filijs eius ad austrum, in qua parte domus erat Seniorum Concilium. Sephim, & Halsa ad Occidentem, iuxta portam, que ducit ad viam ascensionis, custodia contra custodiam: ad Orientem verò Leuita sex, & ad aquilonem quatuor per diem, atque ad meridiem similiter in die quatuor: & vberat Concilium, bini, & bini. In cellulis quoque ianitorum ad occidentem quatuor in via, biniq; per cellulas. Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core, & Merari. His expletis inde de custodia sacre pecunie additur: et Leuita fratres eorum super thesauros domus dñi, et thesauros san-*

sanctificatorum. Subael prepositus thesauris E-liezer, & fratres eius super thesauros Sancto-rum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum & tribuni, & centuriones, & du-ces exercitus de bellis præliorum, quæ cōsecraue-rant ad instaurationem, & suppellectilem tem-phi Domini.

Ioiada inde pontifex, regnante Ioa, con-stituit quosdam Leuitas ianitores ad custo-diam templi, vt neminem contaminatum ingredi sinerent, vt xxiiij. secundi Paralipo-menon inuenitur. Eosdem verò ianitores sacram pecuniam collegisse, indicat caput xxiiij. quarti Regum. vbi ita est: *Vade ad Heiciam sacerdotem magnum, vt confletur pe-cunia, quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt ianitores templi à populo.* De his ve-rò sic Philo de præmijs sacerdotum: *Edi-tui alij ianitorum officio functi sunt, alij vestibulum obseruarunt, alij nocturnas diurnasq; custo-dias, templi vices sortiti, egerunt, quibusdam cura fuit porticus, atriumq; verrere & scobes, ac quisquilias exportare, munditiemq; curare.*

Iam verò officia Sacerdotum, Leuita-rum, Cantorum, & Ianitorum adhuc aper-tius referuntur xxxv. secundi Paralipo. vbi de nobili Pascha à Iosia rege celebrato dis-feritur. *Preparatum, inquit, est ministerium & sistorum sacerdotes in officio suo, Leuite quo que*

que in turmis (græcè in diuisionibus suis) iuxta regis imperium, & immolatum est Phasæ. & effuderunt sacerdotes manu sua sanguinẽ. Et Leuita detraxerunt pelles holocaustorũ, & separauerunt ea, ut darẽt per domos, et familias singulorũ, ut offerretur dño, sicut scriptũ est in lege Moysi, et assauerunt Phasæ sup igne, iuxta q̃ in lege scriptum est. Pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & festinato distribuerunt uniuersæ plebi, sibi autem, & sacerdotibus postea parauerunt nam in oblatione holocaustorum, & adipum vsque ad noctem sacerdotes fuerunt occupati. unde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nõuissimis. Porro cantores filij Asaph Stabani in ordine suo iuxta præceptum David, & Heman, & Idribun prophetarum David, Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita ut ne puncto quidem discederent à ministerio, quamobrem, & fratres eorum Leuita parauerunt eis cibum, omnis igitur cultura Domini ritè completa est in die illa, ut facerent Phasæ & offerrent holocausta super altare Domini, iuxta præceptum regis Iosie.

De Nathineis. CAP. VII.

NAthinæos inde Ianitoribus adhæsisse, docet Esdra cap. primo, vbi ordine recenset Sacerdotes, Leuitas, Cantores, Ianitores, & Nathinæos, qui è Babylonia redierunt. Vt autem Leuitæ Sacerdotibus, sic Nathinæi

thinaei Leuitis operam ministerij præstiterunt, itaque vt illi diaconi, sic his b diaconi vocari possunt, de quibus cap. ix. primi Paralip. *Qui habitauerunt primi in possessionibus & urbibus suis Israël, & sacerdotes, & Leuite, & Nathinei.* & primo Esdræ, cap. ij. *Omnes Nathinei, & filii seruorum Salomonis trecenti nonaginta duo.* Hi olim dicti Gabronites, de quibus Iosue v. ix. & xx. *Liberauit Iosue Gabaonitas de manu filiorum Israël, vt non occiderentur, decreuitq; in illo die, eos esse in ministerio cuncti populi, & altaris Domini, cadentes ligna, & aquas comportantes vsque in presens tempus in loco, quem elegisset Dominus.* David inde auctor fuit noui nominis, non officij, ac pro Gabronitis Nathinæos vocauit, vt apparet ex primo Esdræ, cap. viij. *De Nathineis, quos dederat David, & principes ad ministeria Leuitarum.* Vnde cap. ij. scripsit: *Habitauerunt sacerdotes, & Leuite, & Cantores, & lanitores, & Nathinei, in urbibus suis.*

De Nazaraeis. CAP. VIII.

HAtenus dictum sit de ijs, qui sacris ministerium præbuerunt. Fuit præterea quoddam aliud genus hominum, qui Deo etiam operam suam dicarunt, licet sacra nõ attigerunt. Hi verò aut corpus suum Deo

consecrauerunt, aut oracula Dei fuderunt, aut legem Dei exposuerunt, quorum primi Nazaræi, secundi Prophetæ, tertij Scribæ vocati sunt, qui deinde diuersas sectas intulerunt, Sadducæos, Scribas, Phariseos, Herodianos, & alios.

Fuere igitur Nazaræi homines, qui se Deo voto consecrauerunt, ea ratione, qua docetur Numerorum cap. vj. *Vir, siue mulier, cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Deo consecrare, à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinerebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quidquid de vna exprimitur, non bibent. vvas recentes, sic easque non comedent cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur, quidquid ex vinea esse potest ab vna passa vsque ad acinum non comedent. Omni tempore separationis sue nouacula non transibit per caput eius vsque ad completum diem, quo Domino consecratur: Sanctus erit crescente casarie capitis eius. Omni tempore consecrationis sue super mortuum non ingreditur, nec super patris quidem, & matris, & fratris, sororisque funere cõtaminabitur. quia consecratio Dei sui super caput eius est. Omnibus dieb. separationis sue sanctus erit Domino. Sin. autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius, quod radet illico in eadem die purgationis sue,*

*sua, & rursus septima in octava autem die offeret duas iurtures, vel duos pullos columbe sacerdoti in introitu fœderis testimonij faciet quò sacerdos unum pro peccato, & alterum in Holoocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccatum super mortuo sanctificabitq; caput eius in die illo, & consecrabit Domino. dies priores irriti fiunt, quoniam polluta est sanctificatio eius. Tres autem potissimum Nazaræos apud Hebræos inuenio, Sampsonem, Samuelem, & Iacobum Iustum fratrem Domini. De Sampson cap. xxij. Iudicum: *Cave ne bibas vinum, & siceram, nec immundum quidquam comedas, quia concipies & paries filium. cuius non tanget caput nonacula. erit enim Nazareus Dei ab infantia sua.* De Samuele primo Regum Anna vouit filium Deo his verbis. *Dabo eum Domino omnibus diebus vite eius, & nonacula non ascendet super caput eius.* De Iacobo sic Egesippus, teste Clemente Alexandrino: *Ex utero matris sue sanctus fuit, vinum, & siceram non bibit. sed neque animal manducauit, ferrum in caput eius non ascendit.* Ceterum de voto eiusmodi sanctificationis præclarè scripsit Philo in libro de sacrificijs. *Cum aliquis, inquit, sacravit omnium rerum suarum primicias, ac decimas non habens amplius materiam, in qua pietatem exerceat, seipsum dedicat, ideo magnum hoc votum appellatur, nihil enim quisquam**

quã possidet seipso pretiosius, quã possessione tunc ceditur. huius voti reo precipiuntur hec, primum ne mero utatur, aliòve potu ex uuis factio, deinde ad præstitutam diem, ritè offeret tres uarias uictimas agnum, agnam, & arietem illum in holocaustum, illam pro peccato, arietem uerò in salutis hostiam, nam uouenti cõueniunt hec omnia, holocausta, quia non sua solum, sed se quoq, Deo dicat pro peccato uictima, quia homo cum suis, quantumlibet perfectus, peccato non caret, pro salute autem, quia salutem suam acceptam refert Deo uero saluatori.

De Prophetis. CAP. IX.

SEquuntur homines, qui spiritu diuino repletis Hebræis iussu Dei futura bona, malæ prænunciarunt, quos primo Videntes, deinde Prophetas dixerunt, ut scriptum est libro primo Regum, cap. ix. *Cum in Israël sic loquebatur unusquisque uadens consulere Deum. Venite, & eamus ad Videncem, Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns. Ut autem reliquos tutores se daturum Hebræis Deus ostendit, sic præcipuè quoque prophetas ex medio illorum excitaturum promisit. Quinetiam antequam prophetas lege promissos mitteret, multos quoque patres spiritu prophetico exornauit, ut Abraam, Isaac, Iacob, & Ioseph. quo-*

rum vaticinia extant sacris litterarum monumentis consignata. neque multò post etià inter exteros Balaam, & Iob, aliosq; nònullos eo munere insigniuit.

Primum autem prophetam, eumq; omnium præstantissimum dedit Moysem. de quo sic loquutus est Num. xij. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum: At nò talis seruus meus Moyses, ore enim ad os loquor ei, & palam & non per anigmata, & figuras dominum videt.* Post Moysem inde alios se excitaturum ostendit, atque etiam excitauit, vt ipse Moyses testatur xvij. Deuteronomij: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad vos omnia, que praecepero illi, qui autem verba eius, que loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltro existam. Prophe- ta autem, qui arrogancia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, que ego non praecepi illi, vt disceret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur. Quod si tacita cogitatione responderes, quomodo possim intelligere verbum, quod dominus nò est loquutus? hoc habebis signum, quod in nomine Domini propheta ille predixerit, & non inuenerit, hoc Dominus non est loquutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum. & xvij. Dixit Moyses,*

ses.

Jes. Si propheta de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies. & xxxiv. Et non surrexit ultra propheta in Israël sicut Moyses.

Hic verò spiritus propheticus, quo Deus præcipuè Moysen ipsum afflauit, à Moysese ad Seniores lxx. translatus est, ita vt & ipsi vaticinium edere cœperint. Quod declaratur Numerorum xi. *Veni Moyses, & narrauit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senibus Israël, quos stare fecit circa tabernaculum, descenditq; Dominus per nubem, & loquutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moysese, & dans septuaginta viris. cumq; requiesisset in eis spiritus, prophetarunt, nec ultra cessarunt. remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requiescit spiritus, nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant, cumq; prophetarent in castris, cucurrit puer, & nunciauit Moysi, Eldad, & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun minister Moysi, & electus è pluribus ait. Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, Quid inquit, emularis pro me? quis tribuat, vt omnis populus propheta, quando det eis Dominus spiritum suum?*

Tempore inde Iudicum mentio fit Deboræ ca. iv: quæ prophetis fuisse, atq; vna po-

pulum iudicasse dicitur, & vj. alterius cuiusdam his verbis: *Populus clamauit ad Dominum postulans auxiliū contra Madianitas, qui misit ad eos virum prophetam, & locutus est. Hec dicit Dominus.*

Demum Samuel prodijt, qui omnes ea gloria superauit, cuius tempore *Sermo Domini erat pretiosus. non erat visio manifesta.* Regum primo cap. secundo: *Abijt Samuel, & dormiuit, & vocauit eum Dominus ter. & dixit: Ecce ego facio verbum in Israēl, quod quicūque audierit, tinnient ambe aures eiu. Creuit inde Samuel, & Dominus erat cum eo, & cognouit vniersus Israēl, quod fidelis esset Propheeta Domini.* Ab illo inde ordinarium quoddam quasi prophetarum collegium extitit, ita vt in singulis ætatibus, & ciuitatibus greges prophetarū inuenirentur. Vnde xxviij. primi Regum: *Saul consuluit Dominum, & non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per Prophetas.* Conuenerunt autem ad Samuelem multi scripturæ exponendæ studio se dicantes, quibus ille præfuit, atque ex eis aliquot Deus suscitauit, qui prophete officium exercerēt. Itaq; post Samuelem perpetua successione prophete fuerūt vsque ad Malachiam tempore Darij, cum templum est restitutum. De conuentu autem virorum ad Samuelem, & vt eos Deus

in-

Inspirauerit, sic x. primi Regum, vbi Samu-
 el ita loquitur ad Saulem: *Venies in collem
 Dei, vbi est statio Philisteorum, & cum in-
 gressus fueris ibi urbem, obvium habebis gre-
 gem Prophetarum descendendum de Excelsis,
 & ante eos psalterium, & tympanum, & tibi-
 am, & citharam ipsosq; prophetantes, & insili-
 et in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis,
 & mutaberis in virum alium.* & paullo post:
*Venerunt ad predictum collem, & ecce cunens
 prophetarum obvius est ei, & insiluit super e-
 um spiritus Domini, & prophetauit in medio
 eorum. Videntes autem eum omnes, qui nove-
 rant eum heri, & nudius tertius, quod esset cum
 prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inui-
 cem. Quenam res accidit filio Cis? num & Saul
 inter prophetas? & xix. Misit Saul ad Rama-
 tha, ut raperent David, qui cum vidissent, cune-
 um Prophetarum vaticinantium, & Samue-
 lem stantem super eos, factus est etiam spiritus
 Domini in illis, & prophetae ceperunt etiam
 ipsi. Quod cum nunciatum esset Sauli, misit &
 alios nuncios, prophetarunt autem ei illi. Et rursus
 misit Saul tertios nuncios, qui & ipsi propheta-
 runt. Et iratus iracundia Saul, abiit etiam ipse
 in Ramatha, & factus est etiam super eos spiri-
 tus Domini, & ambulabat ingrediens, & pro-
 phetabat usque dum veniret in Natioth, & ex-
 poliauit etiam ipse se vestimentis suis, & pro-*

phetavit cum ceteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa, & nocte. Unde & exiit procerbium. Num & Saul inter prophetas? Ergo post Samuelem magnus fuit prophetarum proventus, quorum omnium nomina non sunt litteris prodita. Indicat caput ij. quarti Regum, in quo scriptum est: *Helias sic alloquutus est Helisæum. Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel, cumque descendissent Bethel, egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel. Item: Sede hic, quia Dominus misit me in Hierico, cumque venissent Hierico, accesserunt filij prophetarum, qui erant in Hierico. & post: Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Iordanem. Ierunt igitur & quinquaginta filij prophetarum. & sequuti sunt eos. & post raptum Helix: Videntes filij prophetarum, qui erant in Hierico, dixerunt. requieuit spiritus Helix super Helisæum.* Nomina verò prophetarum, qui sub Regum imperio, aut in servitute Babylonica floruerunt, hæc ferme fuere, Gad, Nathan, Afaph, Idithun, Ahias, Samaïas, Iad, Azarias, Hanani, Iehu, Iaziel, Eliezer, Zacharias, Helias, & Helisæus, quorum nullius extat vaticiniorum editi commentarij. At qui prophetias suas memoriæ prodiderunt fuere, Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahû, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, & Malachias, qui minores

nones propheta dicuntur, quòd breuiore
 vaticiniorum libros reliquerint, & Isaias,
 Hieremias, Ezechiel, & Daniel, qui maiores
 appellatur, quòd volumina prophetiarum
 grandiora conscripserint. Hi verò de cala-
 mitatibus, quæ regnis Israël, & Iudæ ventu-
 ræ erant, prædixerunt, multaque de Chri-
 sto venturo adiecerunt, quorum finis fuit
 in Malachia, qui præcursorem Christi ita
 prænucciauit: *Ecce ego mitto angelum meum,*
& preparabu viam ante faciem meam Neque
 inde vsq; ad Ioannem Baptistam ab illo præ-
 dictū insignis vllus propheta in populo Iu-
 dæorum est numeratus.

Quoniam autem de prophetis dicere cœ-
 pi, quos præcipuè adibant, cum Deum ip-
 sum consulere cupiebant, vt hæc dilucidior
 disputatio fiat, placet de vniuersa quoque
 consulendi Dei ratione adiungere. Consu-
 luere ergo Deum Hebræi maximè per ora-
 culum. Oraculum autem tum consulere
 dicebantur, cum ad Propitiatorium Arcæ
 fœderis accedebant, atque ibi Deum roga-
 bant, & ille respondebat. quod ipse Exo-
 di vicesimo septimo admonerat, vbi sic lo-
 quitur ad Moysem: *Loquar ad te supra Pro-*
pitatorium, as de medio duorum Cherubin, qui
erunt super arcam. Testimonij, cunctaque que
mādabo filijs Israël. Quod verò tum præcepit

Deus vt fieret, id post fecit Moyſes Numerorum ſeptimo. Cumque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat uocem loquentis ad ſe de Propitiatio, quod erat ſuper arcam. Teſtimonij inter duos Cherebin, unde & loquebatur ei. Item Iudicium primo: Conſuluerunt filij Iſraël Dominum dicentes: Quis aſcendet ante nos contra Chananeum, & erit dux belli? dixitq; Dominus, Iudas. Et uiceſimo: Venerunt in domum Dei, hoc eſt in Silo, ubi erat arca, conſulueruntq; Dominum, atque dixerunt: Quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis contra filios Benjamin? Quibus Dominus reſpondit, Iudas. & poſt: Præſententur coram Domino & conſuluerunt eum dicentes: Debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres meos, an non? Quibus ait Deus: Aſcende. Et decimo primi Regum: Conſuluerunt Dominum, utrum nam Saul uenturus eſſet illuc, reſponditq; Dominus. Ecce abſconditus eſt domi. & uiceſimo primo ſecundi: Dauid conſuluit oraculum Domini, dixitq; Dominus. Hæc uerò oraculi conſulendi ratio ſtante ſolum primo templo ſeruata eſt. nam in ſecundo Talmudici negant arcam ullam fuiſſe, ſed lapidem, ut dixi, ſolum è terra tres digitos eminentem.

Excepto uerò oraculo conſultus Deus reſpon-

ſpondit modò per prophetas, modò per ſacerdotes, modò per ſomnia. vnde ſcriptum eſt, vt dixi: *Saul conſuluit Dominum, & non reſpondit ei neque per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per prophetas.* Per ſacerdotes autem id eſt, per pontificem illud, credo, ſignificat, quod triceſimo primi Regum refertur de Abiathar pontifice. *Ait Dauid ad Abiathar ſacerdotem: Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid. & conſuluit Dauid Dominum dicens: Perſequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitq; ei Dominus: Perſequere. abſque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam.* Eodem pertinet illud octaui decimi Iudicum: *Rogarunt ſacerdotem, vt cõſuleret Dominum, vt ſcire poſſent, an proſpero itinere pergerent. Qui reſpondit eis: Ite in pace.* Hic verò ſacerdos poſt dicitur habuiſſe Ephod. Et quoniam ſcriptum eſt Exodi viceſimo quinto, inſtitutos eſſe lapides onychinos, & gemmas ad ornandum Ephod, & Rationale, addidere Talmudici, lapides Vrim, & Thumim, ſiue Doctrinam, & Veritatem in Pectorali pontificis extitiſſe, quorum conſpectu ſacerdotes occulta intelligerent, & populo traderent, dum plus ſolito prælucere. nam retento naturali colore nihil immutandum ſignificaffe. atque hos etiam lapides ſecundo

do templo constructo lucere desijisse. vt supra diximus.

De prophetis iam dictum est. *Olim*, inquit primo Regum, sic loquebatur unusquisque vadens consilium Deum: Venite, camus ad Videntem, id est, ad prophetam, & quarti octauo: *Vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum dicens: Si euadere poterò de infirmitate mea hac?* Inseram hic quoque locum insignem de Prophetis consultis à Iosaphat, & Achab regibus, octauodecimo secundi Paralip. *Congregauit Achab rex Israël prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? at illi, ascende, inquit, & tradet Deus in manu regis. Aduocatus inde Micheas primum dixit eadem, deinde adiuuatus, vt vera diceret, adiecit: Dominus dedit spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, & Dominus locutus est de te mala. accessit autem Sedecias vnus de prophetis, qui prospera nunciabant, & percussit Micheam maxillam, & ait: Per quam viam transiit spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi? dixit Micheas: Tu videbis, inde ad regem: Si reuersus fueris in pace, non est locutus Dominus in me. Verum prophetæ quoque post secundi templi constructionem defecerunt, vt ante diximus.*

Somniorum porro ratio fuit huiusmodi.

Obfer-

Obseruationem somniorum Deus prohibuit, diuinam in somnis nunciationem negligi noluit. prohibuit autem Deuteronomij octauo decimo: *Nec inueniatur, qui orculos sciscinetur, & obseruet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec diuinos, nec querat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus.* Itaque secundo Paralipomenon tricesimo tertio, rex Manasses reprehenditur, quòd somnia obseruaret, & maleficis artibus inferuaret. & xxij. Hieremiæ scriptum est: *Propheta, qui habet somnium, narret somnium, & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. Quid palcis ad triticum dicit Dominus.* De spontanea verò Dei monitione per somnium multa supersunt testimonia. Numerorum duodecimo: *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. at non talis seruus meus Moyses. ore enim ad os loquar ei, & palam, non per enigmata, & figuras Dominum uidet.* Itaque Gedeon septimo Iudicum, somnium se uidisse narrans, expositionem quoque veram accepit, & tertio tertij Regum: *Apparsit Dominus Salomoni per somnium dicens: Postula quod vis et dabo tibi. & ille Da mihi cor docile. Igitur ut euigilauit Salomò, et intellexit, qd esset somnium, profectus Hierusalè,*
stetit

stetit coram arca fœderis. Hæc autem ratio monendorum hominum seruata est à Deo vsque ad extremum. Siquidem scribit S. Matthæus: *Hæc cogitante Ioseph, ecce angelus Domini apparuit ei in somnis, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam, coniugem tuam.* & ij. Ioel: *Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. prophetabunt filij vestri, & filie vestre, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somniabunt.* Naturalium ergo somniorum, vti quæ plerumque incerta sint, & ab incerta causa proficiscantur, nullam habendam esse rationem, censuit Deus, non autem eorum, quæ ipse immisit. Quod cum fecit, simul etiam id egit, vt homo intelligeret, somnium illud non oportere contemni, sed veri aliquid ab illo portendi, vt ea, quæ Ioseph, & Daniel tanta cû laude ingenij coniecerunt.

Quatuor autem modis Deus siue consultus hominibus respõdit, siue non consultus verba ad eos fecit. aut enim ipse simpliciter est loquutus, aut per visionem, & somnium alloquutus, aut angelus simpliciter est affatus, aut per visionem, somniumve affatus. Primi sit exemplum. *Dixit Dominus ad Abraham, Iacob, Iosue.* Secundi: *Factus est sermo Domini ad Abraham per visionem dicens.* Tertij: *Et*

Et angelus Domini de celo clamauit dicens, Abraham. Quarti: Apparuit angelus Domini Ioseph in somnis dicens.

Deum verò verba fecisse interpretantur sacrarum litterarum expositores, eum non verba, quæ auribus percipi possent, fecisse, sed eorum, ad quos loquutus est, mentem ita informasse, vt non solum res, tanquam præsentem, oculis cernerent, sed etiam se à Deo diuinitus moneri sentirent, & perinde afficerentur, ac si Deum loquentem audirent, & intelligerent quæ diceret. Quæ verò hoc modo dicta sunt, prophetia fuerunt, & quibus hæc dicta sunt, prophetae vocati sunt. Vnde tertiodécimo tertij Regum dixit propheta quidam: *Loquutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens: Non comedes panem, & non bibes aquam ibi. tum propheta quidam ait illi: Et ego propheta sum, similis tui, & angelus loquutus est mihi in sermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum, vt comodat panem, & bibat aquam.* Quod autem de verbo Dei dixi, id S. Basilius scripsit in commentario psalmi xxvij. *Vox Dei diuersa est ab ijs vocibus, quæ in sensum aurium cadunt, id enim accidit, cum mens hominum quibus ille vocem suam tradere vult, visione quadam informatur, perinde atque in somnis. nam vt in his animus noster quorundam veluti verborum*

horum notis imbuatur, nulla voce ad sensum aurium accedente, sed ipsa mente quibusdam rerum insignibus informata, sic putanda est Dei vox, quam prophetae audisse dicuntur. Neque verò omnes, de quibus scriptum est. Dixit Dominus ad eos, illud à Deo ipso loquente acceperunt, sed à Propheta aliquo, cuius mentem Deus imbuerat, illud hauserunt. Cum autem dicitur dominus venisse ad aliquem, ea non prophetia putatur, sed simplex monitio, vt de Laban, & Abimelech.

Prophetæ igitur aut per visionem vigilantes, aut per somnium dormientes edocti de rebus futuris sunt, idque aut per angelum, aut sine angelo, visione, vt vocant, imaginaria, excepto vno Moyse, qui sine somnio, & angelo, visione, vt appellant, intellectuali creditur instructus fuisse, atque ea, quæ edidit, prædixisse. Verum sacer sermo, vt inquit Philo de somnijs, aut tanquam Rex facienda imperauit, aut tanquam præceptor utiliter instituit, aut tanquam consiliarius opportunè eos admonuit, qui sibi ipsi non poterant consilium capere; aut tanquam amicus arcana communicauit, quæ profanos audire nefaserat, aut demum ex quibusdam aliquid requisit, vt de Adamo. Scriptura verò, quæ semper de Deo loqui reuerenter est solita, tamen vt rudes ho-

mines

mines erudiret, homini eum comparauit, at que ei membra, motus & voces, non veritatem, sed vtilitatem discipulorum respiciens tribuit. quia plerique nequeunt Deum sine corpore cogitare, neque alio modo ad officium se referre, nisi audiant, Deum ire, redire, irasci, vlcersi, ac tela ad vindicandos sceleratos in promptu habere. atque interdum etiam hominem appellare.

De Scribis. CAP. X.

VT porrò prophetæ voluntatem DEI prænuñciarunt, sic Scribæ legem eius interpretati sunt. Huius autem rei primordia ab ipso quoque Moyse sunt introducta. is enim alia voce populo tradidit, alia in scriptum contulit. Prime traditiones, secunda lex dicta. Quæ verò voce Moyse docuit, ea primum cum Iosue cõmunicauit, Iosue inde cum Senioribus, Seniores cum Prophetis, Prophetæ cum Scribis. Has traditiones posterior Hebræorum schola Cabalam historicam appellauit. De traditionibus Moyse extat testimonium S. Lucæ sexto Actuũ: *Audiuimus hæc dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyse.* Seniorum horũ quoq; mentio vsurpatur secundo Iudicũ: *Seruiertunt Israë. lista Domino cunctis dieb. Iosue, & seniorũ, qui*
posũ

post eum vixerunt, & nouerunt omnia opera Domini, quae fecerat in Israël. De traditionibus autem eorum loquitur S. Matthæus, & S. Marcus: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Iesus autem, respondens ait illis: Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem uestram? Item: Pharisei, & omnes Iudei, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem Seniorum.*

Vt etiam Moyses primus legem dedit, sic etiam primus exposuit. Indicat id quod scriptum est in Euangelio de cathedra Moysis, atque inde sequuti reliqui principes in eadem obseruatione steterunt. Vnde Leuitici x. scriptum est: *Dixit Dominus ad Aaron: Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu, & filij tui, quando intrabitis in Tabernaculum Testimonij, ne moriamini. Et ut habeatis scientiam discernendis inter Sanctum, & Profanum, inter Pollutum, & Mundum, doceatisq; filios Israël: omnia legitima mea, quae locutus est Dominus ad eos per manum Moysi. Quare Iosephus quoque scriptum reliquit, secundo aduersus Appionem: *Legislator non semel legem suos audire voluit, sed in vnaquaq; septimana alia opera relinquentes ad legem audiendam congregari, eamq; perfecte discere.**

Quod

Quod idem scripsit quoq; Philo libro tertio de vita Moyſi: *Moyſis, inquit, fuit, Sabbathis operam dare philoſophia principe antecedente, ac docente qua opus factu, ac diſtoſſine, reliquis audientibus, ex quo nunc etiam philoſophantur Sabbathis patrio more: nam oratoria in ciuitatibus ſchola ſunt omnium virtutum, quibus diuina, humanaq; intelliguntur, & corriguntur.* Ex mandato etiã legis ſeptimo quoque anno Leuitæ verba legis populo tradere tenebantur.

His ita conſtitutis ſucceſſit Dauid, qui vt cæteras reipub. partes, ſic hanc quoq; formauit. Etenim cum Leuitarum numerum ſniſſet, ex his ſexies mille ſcribas, ac iudices fecit. cumque mox ſacra Leuitarum officia familijs diſtribueret, qualdam etiam ſuper Iſrael conſtituit, *ad docendum & iudicandũ,* vt *xxiij & xxvj. primi Paralipom. continetur.* Qui verò hi ſcribæ, ac iudices fuerint, qui & docuerint, & iudicarint, nemo adhuc quod ſciam, oſtendit. Græcus autem interpres priore loco eos *γραμματίας, & κριτάς,* poſteriore, *τῶ γραμματέυειν & διακρίνειν* ſcripſit, quibus verbis duo officia exprimuntur eorum, qui legem interpretabantur, vnum vt verba legis legerent, alterum, vt, ſi opus expoſitor e eſſet, exponerent. Itaque *γραμματίης* aptius verterentur Lectores, quam

quam vocem ecclesia quoq; Christiana ser-
 uauit, quàm Scribæ. Quod probatur ex iij.
 Esdræ, vbi Esdra dicitur ἐπιγνώσης τῶ νόμου,
 id est, lector legis, cum alibi dicatur γραμμα-
 τὴς, id est, Scriba. & ex decimo S. Lucæ. vbi
 loquens Christus ad legis peritum, siue Scri-
 bam quendam, qui dixerat, *Doce, quid facies
 vitam eternam possidebo, respōdit, quid est scri-
 ptum in lege? quomodo legis?* id est quomodo
 profiteris munus interpretis, si hoc nescis,
 quod sciscitaris? Quinetiam idem cap. v. vj.
 x. & xj. eiusmodi homines vocauit, γραμμα-
 τῆς, νομικοὺς, & νομοδιδασκάλους, id est Scri-
 bas, legis peritos, & legis doctores. Quod ve-
 rò iisdem dicantur κριταί, id est iudices, &
 διακρίνειν, id est, dijudicare, siue distinguere,
 id omnino ad interpretationis rationem re-
 fertur, quæ dijudicationem, & distinctionē
 desiderauit, præsertim verò in lingua He-
 bræa, in qua constat, voces paucissimas esse,
 atque ex notarum, & dispuñctionum varie-
 tate varias significationes recipere: Probat
 hoc Philo in eo libro, qui inscribitur, om-
 nes probos esse liberos. sic enim de Essæis
 Iudæis loquitur: *Constitutam maximè septi-
 mam habent diem, in qua ab alijs quiescunt ope-
 ribus, in qua ad sacra loca aduenies, qua syna-
 goga vocantur, ordine atatis iuuenes senioribus
 subsident, decoro cunctis ornatum audientes. deinde*

vnus Biblia sumens legit, alter verò ex peritissimis minimè nota exponit, nam pleraque per symbola antiqua imitatione apud eos traduntur. Probat item eiusdem cum Esæis ætatis S. Paulus, qui ei consuetudini congruenter ad Corinthios scripsit: Propheta duo, aut tres in ecclesia dicant, ceteri dyudicent. Græcè διακριτέ τῶταυ, id est duo legant, reliqui explicent. Inde post Dauidem Iosaphat rex, cum morè hunc exoleuisse, ac legē plerisq; incognitá esse videret, sacerdotes, ac Leuitas per omnes ciuitates Iude dimisit, qui eam docerent. II. Paral. xvij. Tertio anno regni sui misit de principibus suis, ut docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & cum eis sacerdotes. docebāt. quæ populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atq; erudiebant populum. Idem post etiam fecit Iosias rex, inuento in templo, quod euanuisse putabant, Deuteronomio. quarto Regum xxij. Ascendit rex templum Domini, & omnes viri Iuda, & vniversi, qui habitabant in Hierusalem, cum eo sacerdotes, & propheta, & omnis populus. legitq; omnibus audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo Domini. Successit inde post aliquot annos calamitas Babylonica, Qua post annos lxx. perfuncti in patriam sunt restituti. Ab illo

tempore aperte lex permissa videtur principibus sacerdotum, & scribis. quod ex ijs, quæ dicentur, intelligetur: in illa certè rerum confusione lex aut amissa, aut neglecta, aut corrupta potissimum, aut cognitionis, aut correctionis indiguit. Itaque Esdra, qui & sacerdos, & scriba, & princeps sacerdotum, ac scribarum dicitur, in patriam iam restituto templo reuersus, legis codices superiore exilio, ac clade amissos inuestigauit, ac deprauatos emendauit, atque, vt nunc sunt, ex Hebræorum traditione distinxit, idemque populo inscio legem tradidit. Sic enim scriptum est apud eum: *Esdra parauit cor suum, ut inuestigaret legem Domini, & faceret, & doceret preceptum et iudicium.* Item: *Congregati sunt principes familiarum uniuersi populi, sacerdotes, & Leuitæ apud Esdram Scribam, ut interpretaretur eis verba legis. & nono tertij: Stetit Esdras sacerdos, & lector legis super lignum tribunal, quod fabricatum erat & assumpsit librum coram omni multitudine.* Ab Esdra verò alij instituti putantur, qui legem explanarent, difficultates tollerent, librosque custodirent, ne rursus corrumperentur, siquidem eodem in loco sic pergitur: *Dixit Esdra principibus sacerdotum, & lectori, & Leuitis, qui docent multitudinem.* Ecce, vt Esdra, qui sacerdos, & scriba dictus est,

iam princeps sacerdotum, & lector legis dicitur: nam pro *Leuitis, qui docent multitudinem*, nimirum ipsos principes sacerdotum, & scribas intellexit. Hi verò ab Esdra aduocati còmuni cum eo consilio quædam loca sacrorum librorum male affecta sanarunt, & canonem scripserunt eorum librorum, qui maximè probarentur, vt Talmudistæ asserunt. Ergo ab illo tempore principes sacerdotum, & Scribæ legis exponendæ munus præcipuè obierunt, legisque doctores, vt dicti, sic etiam habiti sunt. vnde illud est Matthæi xiiij *Omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* & xvj: *Quid ergo scribæ dicunt, quòd Heliam oporteat primum venire?* & Marcus xvj. *Quomodo dicunt scribæ, Christum filium esse Dauid.* Quare meritò Herodes rex, homo profelytus, id est, Iudæus ascititius, cum de Christo nato audisset, nec locum, vbi oriturus erat, teneret, ea de re Principes sacerdotum, & scribas consuluit. siquidem, vt scribit S. Matthæus, conuocatis principibus sacerdotum, & scribis sciscitatus est, vbi nasceretur Christus? Post autem cum Christus docere in tēplo cœpisset, qui nec princeps sacerdotum, nec Scriba, nec Leuites esset, præcipuè principum sacerdotum, & scribarum oculos in

se conuertit. Quare hi potissimum, cuiusnā auctoritate id faceret, quæsiuerunt, nam S. Lucas xx. sic prodidit: *Docente Iesu populum in templo, & euangelizante conueniunt principes sacerdotum, & scriba dicentes: Dic nobis, in qua potestate hac facis? quis est, qui dedit tibi hanc potestatem?* Itaq; S. Matthæus, & S. Marcus huic quæstioni quasi occurrentes scripserunt Christū docuisse, non tanquā scribas, sed tanquam potestatem habentē, id est, non tanquam interpretem legis, sed tanquā legis latorē. Interpretes enim illa verba in ore habere solebant: *Dicit Dominus*. Christus autem: *Dictum est antiquis, ego autem dico*. Eiusmodi verò Scriba fuit ille, de quo S. Paulus prima ad Corinthios: *Vbi sapiens, vbi scriba?* id est legis peritus: eiusmodi doctor fuit Nicodemus, quem Christus legis magistrū vocauit, & redarguit: tales doctores illi, quibus cū Christus duodennis in templo de lege differuit: talis Phariseus ille, de quo S. Matthæus xxi j. *Interrogauit vnus ex Pharisæis, nomine Gamaliel, legis doctor honorabilis vniuersæ plebi*. Deniq; eiusmodi quoque fuit Iosias Scriba Phariseus, de quo in vita S. Iacobi maioris: *Iosias vnus è Scribis Pharisæorum, misit funem in collum Apostoli, & post conuersus martyrio cum eo affectus est.*

Legem porrò docuere Scribæ duobus in locis, in templo, & synagogis. De templo indicat S. Lucas, cum inquit, Christum inuentum in templo inter doctores percontantem, & respondentem: item omnes euangelistæ, qui tradiderunt, illum sæpè in tēplo docuisse, ac concionatum esse. Vnde apud S. Ioannem xviiij. ipse de se dixit: *Ego docui semper in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt.* Et S. Paulus Actuum xxiiij. *Neque in templo inuenerunt me disputantem, neq; in synagogis.* Ea caussa fecit, vt Scribæ quidam Scribæ templi vocati sint: quod indicat decretum Antiochi Magni apud Iosephum libro xij. *Senatus, sacerdotes, Scriba tēpli, & sacri Cantores sint immunes à tributo, quod pro suo capite debēt.* Quin etiam Helcias pontifex legem à se inuentam dedit Saphan, Scribæ templi, vt regi Iosia legeret. Et Iosias rex misit Scribam templi ad Helciam pontificem, vt pecuniam in templi instaurationem erogaret iij. Regum,

Synagogæ autem, vt dixi, fuerunt ædes, quo Iudæi diebus Sabbathorum conuenire instituerunt, vt legem audirent. Vnde illud Actuum xv. *Moyse à temporibus antiquos habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur.* De more verò docendi in synagogis ad ea,

quæ supra diximus, elici potest ex eo, quod narrat Philode Essæis, & ex eo, quod de Christo scripserunt Euāgelistæ synagogas Galilææ percurstante, atq; ibi veritatem nūc ante. S. Matthæus III. Circumsiit Iesus totā Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euāgelium regni. Lucas V. Iesus venit Nazareth, & intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbati in synagogam, & trasius est illi liber Iſaie prophete. Et descendit in Capharnaum civitatem Galilææ, ibi q; docebat illos sabbatis, & stupibant in doctrina eius, quia cuius potestatis erat sermo ipsius. Item XIIJ. Erat Iesus docens in synagogis Iudeorum sabbatis, & mulierem sanavit, respondens autem archisynagogus indignatus est quia sabbato curasset. Hæc v. uente Christo. Post mortem verò eius hæc doctrinæ in synagogis tradēdæ extra Iudæam, & Galilæam memoria celebratur. Actuum IX. Saulus petijt à pontifice epistolas in Darnasum ad synagogas, ut si quos sciret huius vitæ viros, ac mulieres, vindictos perduceret in Hierusalem inde conuersus, & ingressus in synagogas predicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei, & iij. Paulus, & Barnabas cū venissent Salaminam predicabant verbum Dei in synagogis Iudeorum. Item: Venissent Ananiam Pſidiam, & ingressi synagogam die sabbatorum sederunt, post lectionem autem legis, &

prophæ-

prophetarum miserunt principes synagoga ad
 eos. cumque dimissa esset synagoga, sequuti sunt
 multi Iudeorum. sequenti vero sabbatho penè
 uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum Dei:
 & xiiij. Factum est in Iconio, ut simul intro-
 irem in synagogam Iudeorum, & loquerentur
 eis, ut crederet Iudeorum, & Græcorum copio-
 sa multitudo, & xviij. Venerunt Thessalonica,
 ubi erat synagoga Iudeorum: secundum au-
 tem consuetudinem Paulus introiit ad eos,
 & per sabbatha tria dissercbat eis de scripu-
 ris. Cum autem uenissent Berræam, in syna-
 gogam Iudeorum introierunt, cum autem cogno-
 uissent in Thessalonica Iudei, quia & Berræe
 predicatum est uerbum à Paulo, uenerunt &
 illuc. Paulus inde disputauit Corinthi in syna-
 goga per omne sabbathum, interponens nomen Do-
 mini Iesu, & migrans inde intrauit in domum
 cuiusdam nomine Tiri Iusti co'etis Deum, cuius
 domus coniuncta erat synagoga. Crispus autem
 archisynagogus credidit Domino cum omni do-
 mo sua Deuenit inde Ephesum, & ingressus in
 synagogam disputauit cum Iudeis. inde xix.
 Ephesi ingressu synagogam cum fiducia locutus
 est per tres menses disputans, & suadens de re-
 gno Dei. Neque uero solum in Asia, sed et-
 iam Romæ synagoge Iudeorum fuerunt.
 & præsertim Libertinorum, qui, ut patet ex
 Actibus synagogam quoque Hierosolymis

habuerunt. Testis est Philo in legatione ad Caium: *Tiberius non dissimulauit, probari sibi Iudaeos, qui abominarentur adulationem. alioquin passus non fuisset. trans Tiberim bonam urbis partem terti à Iudaeis. Romani verò hi erant, pleriq; libertini. nam captiui in Italiam abducti, à dominis libertate donati fuerāt, haud quaquam aliquid ex patrijs institutis mutare coacti. sciebat enim, eos habere oratoria, & conuenire in ea, & maximè septimo quoq; die, quādo publicè patriam docentur philosophiam. Sciebat & sacras eos ex primitijs coacervare pecunias, ac Hierosolyma mittere. Sed tamen neque Roma eos expulit, nec Romanam ciuitatem eis ademit, neq; in oratoria noui aliquid molitus est: neq; censente eos ueruit ad legum interpreta-
tiones. Atque hæc quidem de Icribis, id est legis doctoribus hæcenus.*

De Septem Iudeorum heresibus.

CAP. XI.

LOCVS inde admonet, quoniam de legis interpretibus diximus, ut de doctrina quoq; Iudeorum agamus, quæ ultimis celebrata temporibus, in septem partes diuisa fuit, quas septem hæreses appellarunt: fuerunt autè, teste S. Epiphanio, hæ: Sadducæi, Scribæ, Pharisei, Hemerobaptistæ, Nazareï, Ossæni, & Herodiani, de quibus
primum

primum sigillatim, deinde coniunctim edifferemus.

Sadducæi nomen à Sadoc accepere, Antigni discipulo, qui cum defecisset ad templum mōtis Garizin à Manasse inter Samaritas constructum, Alexandro Magno regnante hæresim intulit Sadducæorum, teste Rabbi Abraham in Cabala historica. Hi verè, vt inquit Iosephus, fatum negarunt, atq; omnia nostro arbitrio subiecerunt, animas mortales esse, & propterea resurrecturas nō esse, dixerunt. Deum malà omnia videre negarunt, & inhumani, ac longè ab omni communione auersi fuerunt: & vt addit S. Epiphanius, Angelos, & spiritum sanctum ignorarunt, atque omnia æqualiter cum Samaritis obseruarunt, cum tamen Iudæi essent, & Hierosolymis sacrificium facerent.

Scribæ verò, inquit S. Epiphanius, *Legis expositores fuerunt, velut grammaticam quandã scientiam exponentes, reliqua quidem, velut Iudæi facientes, verum super suam quandã, & sophisticam interpretationem inducentes, non solum secundum legem viuentes, sed etiam abundantius: vt qui veterum demersiones, ac purificationes seruarent, puculorum isem, ac patinarum, & aborum in vteriq; vasorum, & tanquam videlicet ad sinceritatem, ac sanctitatem*

dispositi

dispositi, crebro manus lauarent, crebroque pur-
 rificationes quasdam per lauacra adhiberent.
 Habebant autem simbrias quasdam significan-
 tes potitiam ipsorum ad ostentationem elationis,
 & laudem spectantium. & phylacteria apud se-
 ipsos pallijs addebant, hoc est latas notas purpu-
 re. Expositiones autem apud ipsos quatuor e-
 rant, una in nomen Moysis prophetae, secunda in
 preceptorem ipsorum Acibam appellatum. siue
 Baracibam, tertia in Andan, siue Annan, qui
 & Iudas, quarta in filios Assamonei. Neque
 verò dubium est, quin hi ex eorum nume-
 ro fuerint, quos legis doctores diximus.

Pharisæi porrò, auctore Iosepho, certio-
 rem legalium rituum cognitionem professi sunt,
 vitam abiectā egerunt, nihil molle, nihil delica-
 tum adhibentes. fato omnia tribuerunt, nec ta-
 men liberum hominis arbitrium susulerunt, iu-
 dicium Dei futurum cerserunt, quo homines
 pro meritis premia, pœnasq; consequerentur. a-
 nimas immortales duxerunt, earumq; post mor-
 tem alias eterno carceri destinandas, alias in vi-
 tam reuersuras, ita aut bonis anime in corpo-
 ra hominum remigrarent, malorum autem in
 pecudum.

De his sic S. Epiphanius: Pharisei eadem
 cum Scribis sentiebant, conuersabantur enim cum
 eis, Virginitati, & continentiae studebant, fre-
 quenter orabant, canentes, ne qua se labe corpo-
 ris ma-

ris macularent: durissimis stratis cubabant. bis in sabbatho ieiunabant, secunda, & quinta die. decimabant decimationes, dabant primitias, trigemas, & quinquagesimas: sacrificia, ac vota exactissime persoluebant, in predicto verò Scribarum habitu incedebant per amicula, & alios ornatus, ac muliebria pallia, in latis crepidis, & calciamentorum ligulis procedentes. Dicebantur Pharisei, eò quod separati essent ab alijs propter spontaneam superfluum religionem apud ipsos receptam. Phares enim Hebraica lingua separationem significat.

Hemerobaptistæ autem eadem cum Scribis, & Pharisæis senserunt, & cum Sadducæis resurrectionem mortuorum abnuerunt. Præcipui verò illud habuerunt, quòd se quotidie baptizarunt, unde nomen etiam acceperunt.

Iam verò Nazaræi à Galaaditide, & Basanitide regione, et locis ultra Iordanem originem trahentes in omnibus instituta Iudeorum seruabant, circumcisionem, sabbathum, festiuitates omnes: victimas autem non mactabant, neq; animalis vescabantur. Patres accipiebant, de quibus scribitur in quinque libris Moisis, ipsos autem libros Moisis non probabant: dicebant quòd Moysen fuisse. sc. à aliam legem, quàm que tradita esset, accepisse.

Oseni originem duxerunt à Nabatica regione, Ituræa, Moabitis, & Arcilitide, que est

est ultra mare mortuum, Iudaei quidem generis,
 sed moribus hypocrita, mentis industria versuti.
 Hiò Iosepho Essæi dicuntur. atque secun-
 do Belli his verbis describuntur: Essæi nu-
 pias respnerunt, alienos verò filios adoptarunt,
 diuitias spernentes haud certas vrbes, quas inco-
 lerent, habuerunt, & bona sua cum socijs suis
 communicarunt, nec vestitum, nec calceum no-
 num, nisi veteribus attritis, sumpserunt. Com-
 merciorum nullus inter eos usus: gentibus pra-
 sto fuisse, eandem ab illis beneficentiam relaturi.
 religionem mirificè coluere, frigida aqua se quo-
 tidie abluentes: inter vescendum summum siē-
 tium adhibere: non nisi probata continentia ho-
 mines in societate recepere: receptos autem ma-
 gnis execrationibus obstrinxere, se Deum fidem,
 iustitiamq; culturos: deprehenso in peccatis so-
 cietate deturbare, ac ne cibum dilatum cape-
 rent, vetuere, iudicia seuerissimè exercuere, mor-
 tem, & cruciatu contempserè, animas bonorum
 ad fortunatas insulas abire, malorū ad loca in-
 fernā, putare. In libro autem Antiquita-
 tum xvij. ita: Essæi cuncta ad Deum referunt,
 immortalem animam censent, in templo ana: hi-
 mata prohibent: sacrificia cum populo non cele-
 brant, quòd se putant mūdicia, et sanctitate illis
 prestare, moribus optimis sunt, agricol: ure stu-
 dent, omnia habent communia, neque vxoribus,
 neq; seruis viuunt, sacerdotes viros optimos
 eligunt.

eligunt, cibum simplicem, atq; habitum parvum,
 & mundum adhibent. & Plinius libro v. Ab
 occidente litora Esseni fugitanti usq; qua nocet,
 gens sola. & in toto orbe præter ceteras mira, si-
 ne vlla semina omni venere abdicata. sine pecu-
 nia, serua palmarum. In diem ex aquo conuina-
 rum turbare nascitur, largè frequentatib. quos
 vita fessos ad mores eorum fortune fluctus agi-
 tas. Ita per seculorum millia (incredibile dictu)
 gens eterna est, in qua nemo nascitur. tam se-
 cunda illis aliorum vite pœnitentia est: infra
 bos Engadda oppidum fuit, secundum ab Hiero-
 solymis fertilitate, palmetorumque nemoribus,
 nunc alterum bustum. Inde Masada castellum
 in rupe, & ipsum haud procul Asphaltite. Sed
 multo præclarius Philo in eo libro, quem
 inscripsit, Omnes probos esse liberos. In Sy-
 ria, inquit, & Palaestina, quæ partes Iudeorum
 sunt haud modice, dicuntur quidam nomine
 Essai, numero vltra quattuor millia, à voce Gra-
 ca Essai, quasi ἅγιοι, id est sancti vocati. quoniam
 Dei cultores p̄cipue sunt, nulla animalia sacrifi-
 cantes, sed mētes suas sacras efficit: edas existimā-
 tes. Hi vicatim habitant, vrbes vitātes propter
 eorū, qui tractant ciuitates, improbitates: eorū
 alij agricultura student, alij artes exercent. q̄ pa-
 cis socia sunt. neq; aurū, neq; argentū sibi concupiscunt:
 neq; agros latos parant cupiditate reddituū, sed
 necessitate victus. Nemo bellicorum armorum
apud

apud eos est opifex: sed neq; in pace ullum mercaturæ genus attingunt: seruos non habent, sed liberi omnes sunt mutua ministeria suppetentis. Rationalem, & naturalem phylosophiam respiciunt, diuinam amplectuntur. Morali maxime student patriarum legum auxilio vsi. quas precipue septima die docentur. Imbuuntur autem sanctitate, iustitia, ceterisque virtutibus tres regulas adhibentes, Dei, virtutis, hominumque amorem. Quod Deum diligant, illud est indicio, quod perpetuam castitatem adhibent, iurandum, & mendacium non dicunt: & quod honorum omnium, nullius verò mali auctorem esse Deum arbitrantur. Quod virtutis studiosi sint, ex eo perspicui potest, quod pecuniam & gloriam negligunt, quod voluptates respiciunt, & constantiam præstant. Quod hominum charitate flagent, indicat, amor, & societas inter eos: una enim est omnibus domus, una vestis, unum ætarium, vnus sumptus communis victus, & vicia, quin etiam questus in commune conferunt, egrotantes communiter curant, & seniores loco parentum habent.

Herodiani verò, ut inquit Epiphanius, omnino Iudei erant, sed vani atq; hypocritæ, verum Herodem putabant Christum Dominum, qui in omnibus scripturis legeque ac prophetis expectatur, & ob ipsum decepti Herodem iactabant inducti ex dicto hoc: Non deficiet princeps
ex Iuda,

ex Iuda, atque dux ex femoribus ipsius, donec venerit, cui reservatur, huic reservatum esse dicentes, qui erat alienigena. Item Tertullianus de Præscriptionibus: *Phar. sei adiumenta quadam legis astruendo à Iudeis dimisi sunt. Herodiani Christum Herodem esse dixerunt.*

Ex his autem omnibus præcipuè floré-
re ante Christi aduentum Pharisei & Sad-
ducaei, itaque Hierosolymis, vt inquit Iose-
phus, populares Pharisei, & timates Saddu-
caei se adiunxerunt. Phariseorum autem
extraordinarias in repub. opes ægrè inde fe-
rens Ioannes Princeps leges ab eis allatas (hæ
nouæ traditiones erant præter antiquas Mo-
saicas) sustulit, & ad Sadducæos se contulit.
Pharisei tamen adeo potentia valuerunt,
vt post auxilio Demetrii Eucæri, Syriæ re-
gis, bellum Alexandro Regi Iudæorum in-
tulerint, & Moabitide, ac Galaatide terra i-
psam cedere compulerint, inde mortuo il-
lo Alexandram reginam sibi obsequentem
ad. pti leges suas recuperarunt, ac multò ve-
hementius sæuire in vrbe, & regno toto in-
stiterunt. quousque res ad duos fratres regi-
os recidit, Hyrcanum, & Aristobulum, quo-
rum alter Phariseus, alter Sadducæus fuit.
Cum autem Christus euangelium suum pã-
dere populo cœpit, Scribæ, Pharisei, Saddu-
caei, & Herodiani præcipuè vigerunt, ac

propterea soli in Euangelio memorantur, ut qui Christo nouam doctrinam prædicati se præcipuè obijcerent, atque ut ipsi sæpe illum tentandi caussa varijs interrogationibus fatigarunt, ac verbis irretire conati sunt, sic & ipse illos insectatus, & hypocritisim, ac doctrinam eorum, ut parum vitæ congruentem detegere nixus est: Recitabo ordine ipsa Euangelij loca, ut res clarissime cognoscatur. S. Marcus cap. iij. *Exeuntes Pharisei cum Herodianis, consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum, & vij. Pharisei. & quidam de Scribis, cum vidissent quosdam de discipulis Domini communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, vituperauerunt. Pharisei enim & omnes Iudai, nisi crebro lauerint manus, non manducant tenentes traditionem Seniorum, & à foro venientes, nisi baptizentur, non comedunt, & alia multa, que tradita sunt illis seruari, baptismata calicum, et viceorum, & aramentorum, & lectorum.* S. Lucas xj. *Vos Pharisei quod de foris est calicis. & catini, mundatis.* S. Matthæus xv. *Tunc accesserunt ad Iesum Hierosolymis Scribae, & Pharisei dicentes: Quare discipuli tui transgreduntur traditiones Seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nā*

Deus dixit: Honor a patrem tuum, & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Quas traditiones declarans S. Hieronymus epistola CLI sic inquit: Quante traditiones Pharisaeorum sint, quas hodie vocant δευτερονόμους, & quam aniles fabula, evolueri nequeo, neque enim libri patitur magnitudo, & pleraque tam turpia sunt, ut erubescam dicere. dicam tamen unum in ignominiam gentis inimice. Praepositos habent synagogis sapientissimos quosque, fædo operi delegatos, ut sanguinem virginis, siue menstruate mundum, vel immundum, si oculis discernere non potuerint, gustu praelibet. Præterea, quia iussum est, ut diebus sabbathorum sedeat unusquisque in domo sua, & non egrediatur, neque ambulet de loco, in quo habitat. si quando eos iuxta litteram ceperimus artare, ut non iaceant, nec ambulent, non stent, sed tantum sedent si velint præcepta servare, solent respondere, & dicere. Rabakiba, & Symeon, & Hille magistri nostri tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambulemus in Sabbatho, & cetera huiusmodi, doctrinas hominum, preferentes doctrina Dei. Hinc scripsit S. Eucherius super primum Actuum: Sabbati habens iter, Sabbati

iter significare mille passus. quia sabbatho usque ad montem Oliueti ire Iudæis licitum erat. vel certè, sicubi fuissent, tanto spatio deambulandi licentiam prælumbant. Iam verò S. Marcus viij. *Cauete à fermento Phariseorum, Sadducaorum, & Herodianorum.* S. Matthæus xvj. *Accesserunt ad eum Pharisei, & Sadducei tentantes, & rogauerunt eum, ut signum de cælo ostenderet eis.* Itaque dixit, *Intuemini, et caute à fermentis Phariseorum, & Sadduceorum: tunc intellexerunt quia non dixit, cauendum à fermento panum, sed à doctrina Phariseorum, & Sadduceorum.* & xij. *Pharisei videntes discipulos legere spicas sabbatho, dixerunt ei, Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere in Sabbatis.* Item: *Tunc responderunt ei quidam de Scribis, & Phariseis: Magister volumus à te signum videre.* & xxij. *Accesserunt ad eum Sadducei, qui dicunt, non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, in resurrectione, cuius erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam.* & post: *Pharisei autem audientes, quod imposuisset silentium Sadduceis, conuenerunt in unum, & interrogauit unus ex eis legis doctor tentans eum.* & S. Marcus xij. *Mittunt ad eos quosdam ex Phariseis, & Herodianis, dicentes, licet tributa dare Cesari, an non?* His ergo tentationibus irritatus Christus, mores eorum, ac vitâ de-

demonstrauit, inquitens xxiiij S. Matthæi, & S. Lucæ xx. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribe, & Pharisei, omnia ergo, que dixerant, vobis, seruate, & facite, secundum opera verò eorū nolite facere. dicunt enim, & nō faciunt, al ligant autem onera grauiora, & importabilia, in humeros hominum, digito autem suo noluit ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria sua, & magnificant simbrias. amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, Vae vobis Scribe, & Pharisei hypocryte, quia comeditis domos viduarum oratione longa orantes, quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis vnum profelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehenne duplo, quàm vos, quia decimatis mentam, & anethū, & cuminum, & reliquistis, que sunt grauiora legis, iudicium, misericordiam, & fidem, hæc oportuit facere. & illa non omittere, quia mundatis quod de fores est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia, quia similes estis sepulchris dealbatis, que à foris parent, hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, quia edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum. Quas autem simbrias, & phylacteria Phariseorum nominauit. de ijs sic man-*

darat Deus Numerorum xv. *Loquere filiis*
Israël, & dices ad eos, ut faciāt sibi simbrias per
angulos palliorum ponentes in eis vittas hyacin-
thinas, quas cum viderint, recordentur omnium
mandatorum Domini, nec sequantur cogitatio-
nes suas. Consuetudinem verò totam Phari-
sæorum sic explicuit S. Epiphanius: Habe-
bant simbrias quasdam significantes politias ipso-
rum ad ostentationem elationis, & laudem spe-
ctantium, & phylacteria pallijs suis addebant,
hoc est latas notas purpure. simbria enim ore, &
margines sunt, phylacteria verò signa, ac nota i-
psius purpure, que inquit Dominus dilatata
fuisse. nam simbrias, & preteritus quosdam in-
quatuor alis amicti unusquisq; habebat ex ip-
so stamine illigatas, quo tempore continenter age-
bant, ac virginitatem exercebant. In Actis in-
de horum etiam mentio celebratur, vt cap.
iiij. Loquentibus Apostolis Hierosolymis, ad po-
pulum supervenerunt sacerdotes, & magistra-
tus templi, & Sadducei, dolentes quod docerent
populum, & annuntiarent in Iesu resurrectionē
ex mortuis. & v. Exurgens pontifex, & omnes
qui cum eo erant, que est heresis Sadduceorum,
repleti sunt zelo. & xxiiij. Sciens Paulus, quia
una pars erat Sadduceorum, & altera Phari-
sæorum, exclamavit in Concilio. Viri fratres ego
Pharisæus sum, filius Pharisæi, de spe, & resur-
rectione mortuorum ego iudicor. et cum hæc di-
xisset,

xisset, facta est dissensio inter Phariseos, & Sadduceos. Sadducei enim dicunt non esse resurrectionem mortuorum, neque angelum, neque spiritum. Pharisei autem utriusque consentiunt. Hactenus de septem hæresibus dictum sit.

Pharisæis autem adiuncti sunt Gaulonitæ. Hi Herode Magno regnante subortii sunt. Ea verò res ab hoc fonte profecta est. Cæsar Augustus sublatis vectigalibus tributa ordinaria in caput, & agros indixit, atque ob id totum censeri orbem Romanum instituit, ita ut Iudæam etiam, quam Herodi regi à se appellato subiecerat, censeri, ac tributum in caput pendere iusserit. Quo facto Iudas quidam extitit, qui adiuncto Sadoco Phariseo negavit populum Dei alium dominum, quam Deum, agnoscere debere, nec censum Augusto soluendum esse, quod servitutem ostenderet. Hunc verò qui sectati sunt, populum, ne tributum Cæsari daret, sollicitarunt, mortem verò, & supplicia contempserunt, in vestitu, & cæteris cum Pharisæis consenserunt. Vnde Pharisei quoque aliquando Christum tentandi gratia sciscitati sunt, num dandum esset tributum Cæsari, quòd ea res per ea tempora variè iactaretur. Christus autem respondit, dandum esse, quòd esset Cæsaris, Cæsari, & quòd Dei, Deo, atque ipse quoque incensam didrachma pro se, &

pro S. Petro pependit. Præcipuè autem Iudas sicarios, & Zelotas concitauit, qui gladio & sica eam opinionem tuebantur, & vitam repugnantibus adimebant, nec vllis supplicijs deduci de sententia poterant, adeo vt pueri illa opinione imbuti pertinaci tormentorum patientia spectatores obstupescerent. Hæc S. Lucas II. S. Matthæus xvij. Iosephus libro Antiq. xvij & belli vj. Isidorus lib. Etymologiarum quinto, ca xxxvj.

Atq; hoc quidem modo cultus, qui Deo ab hominibus sancta in ciuitate debetur, est constitutus, cuius summam eo demum referatur, vt vita rectè instituat, atque ex illius præscripto, & voluntate formetur. Quod quidem facillè obtinebitur, si assiduè lex eius in ore, pectore, manibusq; versabitur, id est, si dicta, consilia, factaque nostra cum ea consentient, atque ea demum diligentia adhibebitur, vt & Deum diligamus, & DEO dilecti esse conemur, prout ille se velle ostendit, cū fœdere cū Hebræis icto se illis futurum in Deum, Hebræos verò sibi in populum, demonstrauit.

CAROLI SIGONII

DE REPVB- LICA HEBRAEORVM

LIBER SEXTVS.

Qui de Consilijs, & Iudicijs inscribitur.

De Ciuitate. CAP. I.



MAXIMA, ac difficil-
lima huius disputa-
tionis parte peracta,
id est religione satis,
vt indicare possu-
mus. perpolita, tem-
pus est ad reliquam
aggredi. sequitur e-
nim, vt de Ciuitate, id est, de ratione admi-
nistrandæ à ciuibus reipub. differatur. Ne-
que enim cum M. Varrone, eruditissimo
quondam viro, sentimus, qui de rebus diui-
nis, humanisque disputaturus, ab humanis
propterea se ordiri testatus est, quòd prius
ciuitates extitissent, deinde religionem in-
stituisent. cum potius contrà sit, atque ille
putauit. Vera enim, vt S. inquit Augustinus,
religio non à terrena aliqua ciuitate institu-
ta est, sed planè cœlestem ipsam instituit ci-

utilitatem.eam verò inspirat, ac docet verus largitor vitæ æternæ Deus, quem Varro cū suis æqualibus ignoravit. Civitatem ergo post religionem exposituri, vniuersam tractationem in tres partes diuidimus, Consilia Iudicia, & Magistratus. Sic enim in ijs quoque libris fecimus, quos de repub. Atheniensium composuimus. Qua in re hanc potissimum rationem, consiliumque sequuti sumus, Omnis ciuilis societas, vt inquit in Politicis Aristoteles, Vtilis, ac Iusti communione conciliatur. Harum enim duarum rerum soli homines notionem adepti sunt, quòd soli etiam sermonis compositi facti sint, quo illa inter se, re postulante, communicarent. Vtilitatem autem Consilia æquitatem Iudicia perscrutantur. Quoniam autem hæc coetus quidam siue Consultorum, siue Iudicum sunt, propterea ducce, ac principe aliquo egruerunt, qui eos cõuocaret, atque ad eos, quæ essent de utilitate & iure discutienda, referret. Neq; enim multitudo regi sine capite aliquo potest. Qui verò aut Cõsilijs, aut Iudicijs præfuerunt, Magistratus appellati sunt. Quamobrè duobus sequentibus libris ita ciuilem hanc Hebræorum reip. administrationem persequemur, vt hæc tria præcipuè, Consilia, inquam, Iudicia, & Magistratus, edisseramus.

De Consilijs. CAP II.

Consilia ergo appello cœtus illos, qui ea præcipuè statuerunt, quæ statum reip. vniuersæ continuerunt, vt bellum, pacem, annonam, fines, legum institutionem. magistratum creationem, & qui generis eiusmodi sunt. quod est nihil aliud, quam de singulari vtili disceptare, quod comprehendi lege non potuit. Hæc verò Consilia, vt in ceteris Rebus publicis, sic in ipsa etiam Iudæica, duo extiterunt, aut enim promiscue ab omnibus, aut seorsum à paucis, ijsque natu grandioribus inita sunt, & quidem, si ab vniuersis, Concionem, si à parte, Senatum appellauerunt. Atq; hoc etiam sensisse Dauid in Psalmis videtur. Etenim de laudibus Del in omnibus, & ab omnibus cœtibus celebrâdis agens & concionis, & Senatus mentionē poëticè fecit. vt cum inquit: *Confitebor tibi domine in toto corde meo. in Consilio iustorum, & Congregatione.* Et alibi: *Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum laudent, eum* Item: *Odiui Ecclesiam malignantium, cum impijs non sēdebo.* Pro concione enim dixit congregationem, græcè συναγωγὴν, & Ecclesiam, pro senatu Consilium, seu βῆλῆν, & Cathedram seniorum, tertium etiam ad-
iun-

iuncturus, si vsus suæ, quam intuebatur, rei. pub. permisisset.

De Concione. CAP, III.

POPULI porrò Concio in sacris libris
 duabus vocibus Græcis plerunque est ex-
 plicata, *synagoga*, & *ecclesia*, vt ex locis quo-
 que modo prolatis cognoscitur. Neque e-
 nim adhuc erat illa inter *synagogam*, & *ec-
 clesiam* differentia, quæ post traditum à
 Christo euangelium intercessit. Vt autem
 tres, quemadmodum ab initio dixi, Hebræ-
 orum quasi respUBLICÆ fuerunt, totius po-
 puli, singularum tribuum, & singularum in
 quaq; tribu ciuitatum, sic tres quoq; popu-
 li Conciones extiterunt, vna, in quam om-
 nes tribus Israel conuenerunt, altera, in quã
 omnes vnius tribus familiæ, tertia, in quam
 vniuersi cuiusque ciuitatis viri, de quibus
 sigillatim, quod nobis compertum sit, ex-
 ponemus.

Vniuersi igitur populi Concio à DEO
 est instituta Huius rei illa testimonio sunt,
 quòd is sæpè Moysen in Exodo alloquens,
 dixit. *Loquere filijs Israël. Loquere ad vniuer-
 sum cœtum Israël.* & quòd populus respōdit:
*Quæ locutus est Dominus, faciemus, & obedien-
 tes erimus.* Quinetiam cū Deus omnia Man-
 data, Præcepta, Iustificaciones, Iudicia & Te-
 stimo.

stimonia sua exponi iussit omnibus filijs Israel, sanè popularem hanc, de qua agimus, Concionem instituit. Vnde illa sunt Exodi xxxv. *Congregata omni turba filiorum Israël.* & Numero: um xxvij. *Iosue stabit coram Eleazarō sacerdote, & omni multitudine, & dabit ei precepta cunctis videntibus, & partem glorie sue, ut audiat eum, omnis synagoga filiorū Israël,* & Deuteronom. *Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, quando concio populi congregata est.*

Hanc autem vniuersi populi concionem nemo conuocare potuit, nisi qui summo cum imperio fuit, vt Duces, Iudices, Reges & Principes. De duce elicitur ex xxij. Iosue: *Vocauit Iosue omnem Israël, Seniores, Principes, Iudices, & Magistros eorum.* Et sequenti: *Congregauit Iosue omnes tribus Israël in Sichem, & vocauit Seniores, ac Principes, & Iudices, ac Magistros.* De Iudice ex vij. primi Regum: *Dixit Samuel Iudex, congregate omnem Israël in Masphat.* De Rege ex xij. secundi: *Congregauit Dauid rex omnem populum.* & xv. secundi Paralipom. *Congregauit omnem Israël in Hierusalem.* Inde post decem tribuum diuortium xi. tertij: *Venit Roboam rex in Hierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda, & Beniamin.* Demū de Principe disertè expressum est in decreto, quo

to, quo Simon Princeps factus est, primò Maccabæorum. vbi dicitur. *Ut nemini aduocare populum liceat sine ipso.*

Itaque de ratione etiam conuocandi populi scriptum fuit in lege, vt cum populus acciretur, vario tubæ occentu aduocaretur: *Fac tibi, (inquit Deus Numerorum x.) duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra. cumque increpaueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium Tabernaculi fœderis. si se mel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israël, si autem prolixior ac concisior clangor increpauerit, monebunt castra primi, qui sunt ad orientalem plagam. in secundo autem sonitu, & pari ululatu tubæ leuabunt tentoria, qui habitant ad meridiem. Quando autem congregandus est populus simplex tubarum clangor erit, & non concisè ululabunt, filij Aaron clangent tubis.*

Conuenire autem consuevit populus tribus de causis ad audiendum, ad orandū, & ad agendum. Ad audiendum, vt cum à principio conuenit ad audienda mandata DEI. vt Deuteronomij iij: *Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos.* Quare scriptū est primo Paralip. xxix. *Locutusq; est Dauid rex ad omnem ecclesiam.*

Vbi verò ad orandum conuenit, maxime in oppido Iudæ nomine Maspha conuenire solitus fuit. vt xi. Iudicum: *Iephte locutus est omnes sermones suos coram Domino in Maspha.* Et primo Maccabæorum tertio: *Et congregati sunt, & venerunt in Maspha contra Hierusalem, qui locus orationis erat in Maspha ante in Israël, & ieiunârunt illa die, & induerunt se cilicijs, & cinerem imposuerunt capiti suo, & disciderunt vestimenta sua.* Rectè. sic enim dixerat Samuel primo Regum septimo: *Congregate uniuersum Israël in Maspha, ut orem pro vobis Dominum.* Quoniam autem in Maspha neque Tabernaculum, neque Arca tñ fuit, sed in Silo, quia vt scriptum est Iudicum xx. *discedentes è Maspha, venerunt ad domum Domini in Silo, & in conspectu eius sedentes flere cœperunt,* sequitur, vt altare aliquod ibi statutum sit, quemadmodum in Excelsis erat, cuius caussa ad Dominum venisse dicantur, cum eò orationis causa venerunt. Sic enim sequenti quoque capite dixit: *Et perrexit omnis populus in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino.* Cum tamè in Galgalis tabernaculum tum non esset. Et xv. *Et in frustra concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis:* nam etiam in Ramatha Samuel altare cõstruxit. septimo primi Regum.

Ad agendum autem conuenerunt duabus de causis, vna creandi Iudicis, Regis, & Principis, altera iubendi, aut gerendi belli. De Iudice creando scriptum est Iudicum viij. *Populus ad Gedeonem dixit: Impera nobis.* De rege primo Regum decimo. *Conuocauit Samuel populum ad Dominum in Masphat, & ait ad filios Israël: Hac dicit Dominus Deus Israël. Ego eduxi Israël de Aegypto, vos autem proiecistis Deum vestrum, & dixistis, Regem constitue super nos. Nunc ergo stete coram Domino per tribus vestras, & familias & post: Et statim misit populus, qui Saulcm domi absconditum conuenirent, atque eo Masphat adducto clamauit: Vinat Rex.* De principe verò sic secundo primi Maccabæorum: *Nuncie hodie elegimus esse pro Iuda nobis in Principem.*

Conuenere autem etiam in Masphat belli causa primum contra Ammonitas, deinde contra Beniamitas, tum aduersus Philistæos. De Ammonitis x. Iudicum: *Filij Israël congregati contra Ammonitas in Maspha castrametati sunt.* De Beniamitis e Gabaa xx. *Viri Israël, quasi vir vnus de Dan vsque Bersabee. & terra Galaad congregati sunt ad Dominum in Maspha. omnesq; anguli populorum & cuncte tribus Israël: in ecclesiam populi DEI conuenerunt quadraginta millia pedum pugna: or: m*

natorum. ad quos *Leuita dixit: Adestis omnes filij Israël, decernite quod facere debeatis. Et ansq̄, omnis populus, quasi unius sermonis respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisque intrabit domum, sed contra Gabaa in commune faciemus.* Et sequenti de eadem re. *Iurarunt filij Israël in Maspha. Nullus nostrum dabit filijs Benjamin de filiabus suis uxorem. & post: Quis est de vniuersis tribubus Israël, qui non ascendit ad Dominum, in Maspha? De Philistæis verò dixit Samuel primo Regum septimo: Congregate vniuersum Israël in Maspha, ut orem pro vobis dominum, & conuenerunt in Maspha, hauseruntq̄, aquã, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, & dixerunt illi: Peccauimus domino. Iudicauitq̄, Samuel filios Israël in Masphat, & egressi filij Israël de Masphat, persecuti sunt Philistæos. Haftenus de populo tribuum vniuerso.*

De populo verò singularum tribuum, verisimile admodum videtur, cum singulæ tribus principes suos habuerint, ipsas ex eorum auctoritate conuenisse, consultasse, iudicia fecisse, & bella gessisse. Atque aliarum quidem rerum post vestigia indagabimus, vbi de Principibus tribuum differemus. Belli autem gesti duo hæc monumenta habemus. *Josue xix. Danite proprium bel-*

lum gesserunt contra Lesem urbem, eamq; ceperunt. Inde Effraimitæ aduersus Iephthe Iudicem ita egerunt, Iudicum xij. Ecce in Effraim orta est seditio. nam transeuntes contra Agulonem dixerunt ad Iephthe. Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisse. ut pergemus tecum? Quibus ille. Quid commerui, ut aduersus me consergatis in praelium? Vocatis itaq; ad se cunctis viris Galaad, pugnavit contra Effraim.

Fuisse præterea in singulis ciuitatibus populum aliquem, qui corpus eius ciuitatis confecerit, ex eo colligi potest, quod in iisdem fuere quoque magistratus, quos Ciuitatum Principes appellarunt, qui ei populo præfuerunt. Populi certè Hierosolymitani illustris est mentio, vt xxx. primi Paralipomenon: *Inito consilio regis, & principum, & vniuersa synagoga Hierusalem decreuerit. & mox: Decreuit rex, & Princeps, & tota Ecclesia in Hierusalem, ut facerent Pascha, at viij. tertij Regum: Stetit Salomon ante altare Domini in conspectu Ecclesie Israël.* Quibus ex locis apparet, alium esse populum Hierosolymitanum, alium Israeliticum, siue Iudaicū. Quoniam verò resp. Hebræorum omninò popularis, non fuit, verum aut optimarium, aut regia, vt supra dictum est, propterea populus haud magnas admodum in illa opes habu-

habuit, cum in aristocratia Senatus, in regno Rex præualuerit. Quod si quid neruorum, aut maiestatis in populo fuit, maximè post deletum Babylonico exilio regnum id fuit, tum cum populus Assamoneos Principes sibi asciiuit, & rempub. Græco more constituit. Nam primo secundi Maccabæorum scriptum est, literas publicè missas esse, cum hoc indice: *Populus qui est Hierosolymis, & Senatus, & Iudas Aristobulo magistro Ptolemæi regis salutem.* & xiiij. *Simoni pontifici, & Senioribus, & cuncto populo.* & lib. xx. Iosephi: *Claudius Cesar Principibus, Senati, Populo, gentiq; Iudæorum.* quasi verò populus partem aliquã reip. haberet. Item: *Pharisæi steterunt cum populo contra Regem.* & apud Ciceron. pro Flacco: *Multitudinem Iudæorum flagrantem nonnunquam inconcionibus pro rep. contemnere, grauitatis summe fuit.* Quinetiam quantas turbas populus Hierosolymitanus in iudicio Christi concitatus conciuerit, notum est.

Ex quo apparet, non solum, dum Iudæa regibus suis obtemperauit, sed etiam cum populo, atque Imperatori Romano paruit, iuris aliquid populari concioni fuisse, perinde atque in cæteris etiam Asiæ ciuitatibus, in quibus & iurisdictionem, & rei capitalis cognitionem præcòsul Romanus forû

agens exercuit, alia verò populus aduocata legitima concione cognouit. Legitima verò concio dicta est, quæ ex lege certis diebus coacta, vt confusa, quæ temerè & extra ordinem vocata. Hæc verò probantur non solum testimonijs Romanorum, & Græcorum, quæ in libros de iure prouinciarum, & de repub. Atheniensium coniecimus, vbi de foris, & conuentibus agendis, vbi de habenda concione docuimus, sed etiam S. Lucæ, qui peritus Græci, & Romani moris de conuentibus Romanis, & legitima Ephesiorum concione, quam illi Ecclesiam nominabant, sic scripsit Actuum xix. *His auditis repleti sunt ira, & exclamarunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. & impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum. Paulo autem volente intrare in populum, non permisissent discipuli. Erat enim ecclesia confusa, & mox: Et cum sedasset scriba turbas, dixit, Si Demetrius, & qui cum eo sunt, artifices, habent aduersus aliquem causam, conueniunt forenses aguntur, & proconsules sunt. accusent inuicem: siquid autem alterius rei queritis, legitima ecclesia poterit absolui. Et cum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam. Quo in loco si interpres pro ecclesia concionem reddidisset, sine dubio sententiam multò clarius expresisset. Has verò duas conciones confusam,*

& legitimam significauit etiam Aeschines in oratione de euentura legatione, inquiēs: *Plures conciones (siue ecclesias) euocatas coacti essis inire cum metu, & tumultu. quàm constitutas à legibus.* Vlpianus autem in Demosthenem prodidit, singulis mensibus ternas ex lege conciones habitas esse, quod etiam S. Ioannes Chrysostomus scribens in Acta cōfirmavit. Quare meritò sedato tumultu dixit scriba ad Ephesios, qui confusam concionem inierant, si crimen aduersus aliquem habetis, quod deferre velitis, proconsulem Asiæ adite, cum forum aget, & conuentum habebit, id est, cum ius dicet Ephesi. Sin autem alia causa est, expectate legitimam Ephesini populi concionem, atque apud eam agite. Atque his dictis dimisit concionem, quæ confusa erat, id est, temerè, & non ex lege conuenerat. De foris porrò, & conuentibus Asiæ sic Strabo lib. xiiij. *Phrygia, Lydia, & Caria, & Mysia loca agrè distingui possunt, quòd inter se coeant, ad eorum verò cōfusionem, non parum attulere Romani, qui non ex gentibus eos diuiserunt, sed alio modo diceceses descriperunt, in quibus fora agunt, & ius dicunt.* Diceceses porrò, siue conuentus, siue fora Asiæ, teste Plinio, fuērunt Laodicensis, Synnadenensis, Apamensis, Alabandenensis, Sardiana, Smyrnaea, Ephesina, Adramyttena, &

Pergamena. De concionibus autem Asiæ & Græciæ fluctuantibus, sic Cicero pro Flacco. *Græcorum tota respública sedentis concionis temeritate administrantur, vetus illa Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum, cum in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes, ignariq; consederant. Quod si hæc Athenis accidere sunt solita, quam moderationem putatis in Phrygia, aut in Mysia concionum fuisse? nostras conciones illarum nationum homines plerumque perturbant, quid cum solis sunt ipsi, tandem fieri putatis?*

De Senatu. CAP. IIII.

EXposita Concione, dicendum est de Senatu. Huc verò habuere etiam Hebræi, eumque, ut Populum, triplicem, vnum, in quem conuenere Seniores populi vniuersi, alterum, in quem quæ erant tribuum singularum, tertium, in quem qui erant singularum ciuitatum;

Senatus vniuersi populi constitutus est à Deo ex septuaginta hominibus, qui cæteris ætate in toto Israele præstarent: Sic enim ille dixit Numer. xv. *Congrega mihi LXX. de Senioribus Israël, quos tu nosti, quod seniores populi sunt, & scribas, & duces ad ostium Tabernaculi scederis, faciesq; ibi stare tecum onus populi, & non tu solus graueris.* Itaque homines, qui

qui ex hoc ordine fuerunt, Græci Senatum, senes, seniores, & senatores vocarunt. Consilium Buleu, Consilij locum Buleuterium, homines Buleutas appellarunt, quasi dicas Consilium, Consiliatorium, & Consiliarios.

Assedere autem hi in vrbe metropolitæ summo reip. principi, atq; ab eo vnâ adhibiti vnâ cum principibus populi de summa rerum consilia inierunt, vnde Iosephus illud rettulit ex lege: *Nihil agat rex sine pontificis, ac senatorum sententia.* Horum Consiliorum hæc testimonio sunt. v. Deuteronomij inquit Moyse: *Accessistis ad me omnes principes tribuū, & seniores. & xxvij. Præcepit Moyse, & seniores Israël populo dicentes. Custodite omne mādātū, q̄ præcipio vobis.* Itē Iosue xxij vocauit Iosue omnē Israëlem, seniores eorū, principes eorū, iudices eorum, & scribas eorum. Inde sub Iudicibus xxj. *Seniores stutuerunt, vt Beniamita raperent virgines Siloitarum in uxores.* Tum sub Salomone rege, septimo tertij Regum: *Congregati sunt omnes seniores Israël ad regem Salomonem in Hierusalem.* & primo secundi Paralip. *Ezechias rex inijt consilium cū senioribus obturandi capita fontis.* Quāquam aut diuiso regno, senatus Iudæorū ex sola tribu Iuda, & Benjamin est delectus, nu-

rustamen LXX. seniorum est conseruatus, siquidem Ezechiel vij. dixit: *Et septuaginta viri de senioribus Israël*, cum tamen ætate Ezechielis decem tribus Israel in Assyria essent, & Hieremias xix. seniores populi nominauit: *Accipe lagunculam figuli à senioribus populi, & senioribus sacerdotum*. Neque verò solum stante regno hic viguit senatus, sed etiam illo euerso post reditum Iudæorum ex Babylonia idem est restitutus. siquidem apud Ilaiam primo scriptum est: *Restituam iudices tuos, & consiliarios tuos, sicut antiquitus*. & apud Esdram decimo: *Omnis, qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum, & seniorum, auferetur omnis substantia eius*, & xij. primi Maccabæorum: *Ionathas pater rex gentis, & Seniores, & reliquus populus Iudeorum*. & primo secundi: *Populus, qui est Hierosolymis, & Senatus, & Judas Aristobulo magistro Ptolemei regis salutem*. & xj. Rex Antiochus *Senatui Iudeorum, & cæteris Iudeis*. & xiiij. *Simoni Pontifici, & Senioribus, & cuncto populo*, & S. Lucas xij. *Seniores plebis summo mane vocati*. Græcè presbyterium populi. Narrat etiam Iosephus, vltimis vrbis temporibus Florum Iudææ procuratorem aduocatis principibus senatorum, & senatu dixisse, se velle vrbe decedere, additque, cum templo curiam etiam conflagrasset, quam il-

le Buleuterium nominat. Quamquam autem senatus hic consultandi gratia semper mansit, est tamen intelligendum, reges, qui in potestate rempubl. habuerunt, neque obnoxij legibus fuerunt, etiam sine senatus auctoritate decreta fecisse, vt qui cum summo imperio essent, non quales Deus præscripsisset, sed quales ipsi optassent.

Tribus porrò singulas suos habuisse senatores ab ijs, qui vniuersi populi populi erant, diuersos, coniectura probabilius, quàm auctoritate certius est. Quàmquam enim scriptum est xx. quarti Regum: *Congregati sunt ad regem Iosiam omnes seniores Iuda, & Hierusalem.* & xxx. primi: *Dauid misit dona de preda senioribus Iuda proximis suis.* & xix. Hieremiæ dixit Deus: *Occidam Consilium Iude,* fieri tamen potest, vt qui Iudæ Seniores dicuntur, iisdem sint cū senioribus populi.

Ciuitates autem sine dubio suos quæque senatores adeptæ sunt, ab illis quos diximus separatos. vnde illa: *Congregati sunt ad Regem Iosiam omnes seniores Iuda, & Hierusalem.* & Iosephus lib. xj. *Seniores Hierusalem grauitè ferebāt, fratrē Iaddi pontificis mulierē alienigenam in matrimonio habere.* & Iudicum xj. *Perrexerunt seniores de Galaad, vt tollerent in auxilium suum Iephthæ, dixeruntque ad eum, Veni, & esto princeps noster.* & viij. *Apprehendit*

*prehēdit puerum de viris Socoth, interrogauitq,
nomina principum, & seniorū Socoth. & Ruth
iij. Tollens Booz decem viros de senioribus ciui-
tatis Bethleem dixit ad eos.*

De Iudicijs. CAP. V.

Diximus de Consilijs, in quibus præci-
puè de vtilitate ciuitatis est discepta-
tum. deinceps dicendum est de iudicijs, in
quibus singularis æquitas definita est, quæ
lege aut prouideri, aut præscribi non potu-
it. Hæc autem Iudicia Græci Bibliorum in-
terpretes modo *κρίσιμ*, modo *δικήμ* verterūt,
nimirum vim ipsam duplicem iudiciorum
spectantes, in quibus condemnatio, & abso-
lutio continetur. quas his duabus vocibus,
Iudicio, & Iustitia, siue iustificatione, vt su-
pra ostendimus, expresserunt.

Iudiciorum porrò tribunalia apud He-
bræos fuere duo, vnum in singulis ciuitati-
bus *κρίσιμ* vocatum, alterum præcipuè Hie-
rosolymis, *συνέδριον* nominatum. quæ Lati-
nus interpret vertit Iudicium, & Conciliū.
Vnde dixit Christus apud S. Mattheum: *O-
mnis, qui irascitur fratri suo, reus erit Iudicio,
qui autem dixerit racha, reus erit Concilio.* A-
liud verò fuisse iudicium à Concilio, osten-
dit Dauid in primo psalmo cum dixit: *Idcirco
non resurgent impij in Iudicio, neque peccatores
in Concilio iustorum.*

*De Iudicijs Ciuitatum.**CAP. VI.*

Agamus autem primum de Iudicijs Ciuitatum, deinde de Concilio Hierosolymitano. quando instituta, confirmataque sint, quinam ea inierint, qui præfuerint, vbi conuenerint, & quo demum ordine causas cognouerint.

Dico ergo, Iudices ciuitatum cum principibus suis, qui Græcè γραμματεις αγογεις dicti sūt, institutos esse in solitudine à Moyse, primum ex auctoritate loceri sui Iethro, deinde ex Dei præcepto. Cum enim Moyses anno primo in deserto ad causas audendas assedisset, monitus est à Iethro socero, vt labori illi parceret, ac viros sapientes, gnaros, & prudentes pro se ad iudicandum statueret, ac sibi tantum rerum grauiorum cognitionem reseruaret. Itaque ille tum principes, de quibus post dicitur, tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos, siue vt Græcus edit, Chiliarchos, Ecatontarchos, Pentecontarchos, & Decadarchos iudicibus causarum introductores siue grammatoislagogeos præposuit. Exodi xviii. *Et electis viris strenuis de cuncto Israël constituit eos principes populi tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicarent plebem omni tempore.* Quamobrem

obrem post annum quadragesimum commemorans populo quæ à se acta fuissent, intulit primo Deuteronomij: *Dixi vobis. Non valeo solus negocia vestra sustinere, & pondus, ac iurgia. Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, ut ponam eos vobis principes. Tunc respondistis mihi. Bona res est, quam vis facere. Tuliq; de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos singula, praecepitq; eis dicens, Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus. nulla enim distantia personarum, ita paruum audietis, ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudiciũ est. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam.* Græcè aut illud apertius, & ad horũ iudicium rationem explicandam accommodatius: *Et constituit eos praeesse super vos chiliarchos, & ecatontarchos, & pentecontarchos, & decarchos, & grammatoisagogeos iudicibus vestris.* Pro eo enim, quod Latinus vertit, *Qui docerent vos singula,* Græcus refert, *Grammatoisagogeos iudicibus vestris.* Accessit inde lex Dei, qua de Iudicibus hinc cautum est cap. xvj. his verbis: *Iudices, & magistros constituas tibi in omnibus ciuitatibus tuis, quas Domini De-*

aus Deus dat tibi secundum tribus. & iudicabunt populum iusto iudicio, neque flectent iudicium, neque agnoscent personam, neque accipiunt munera. Et hoc loco pro Magistris Græcus edit Grammatosagogeos. Hanc autem legem sic rettulit Iosephus, vt iudices etiam forte fuisse lectos ostēdat: Sunt etiam qui ad iudicandum forte exierunt ciuitatibus in summo honore. & presentibus conuicia non dicantur. Iudices autem ius habeant pronuntiandi, quod senserint, præterquam si quis eos accepisse munera ad iudicandum ostenderit, aut aliam nō recti iudicij causam attulerit.

Vt autem eos Moyse instituit, sic postea Iosaphat rex in regno Iudæ confirmauit, vt traditum est xxix. secundi Paralipomenon: *Constituit iudices terre in cunctis ciuitatibus terra munitis per singula loca, & præcipiens iudicibus, Videte, inquit, quid faciatis. non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini. & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. non est apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupiditas munerum.*

Perturbatis inde in Babylonica terra iudicij, Iudæi postquam in patriam redierunt, vt cetera, sic hæc quoque restituerunt. Quod fore præmonuerat Isaias capite primo.

mo cum has Dei voces ediderat: *Et restitua iudices tuos, ut fuerant prius.* & deinde ut ita fieret, rex Artaxerxes mandauit. sic enim scripsit vj. apud Esdram: *Constitu iudices, et Scribas, ut iudicent omni populo.* Scribas enim vocauit ipsos, quos diximus, grammatoisagogeos. Restitutos inde lætatus est psal mista auctore S. Athanasio, qui vrbe Hierosolyma reedificata, & iudicijs restitutis, prout à Domino prædictum fuerat, lætitia exultans cecinit psalmo cxxi. *Lætatus sum in que dicta sunt mihi. In domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in arrijs tuis Hierusalém, Hierusalem, que edificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israël ad confitendum nomini Domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio (vel in iudicium, vt Græcus habet) sedes super domum David.* Atque ita deinde vsque ad extrema tempora Iudæorum.

Iudices autem hi è corpore senatorum cuiusque ciuitatis videntur fuisse lecti. quæ admodum à primis etiam temporibus apud Romanos iudicia à senatoribus agitata sunt. Docet lex ipsa multis in locis. Deuteron xvij. *Si fugerit percussor ad vnam de prædictis vrbibus, mittet senatus ciuitatis illius, & accipiet, & xix. Si fugerit ad vnam de prædi-*

*Hic urbibus, mittent seniores civitatis illius, & arripiant eum de loco effugij. & xxj. Quando inuentum fuerit cadaver, & occisor ignotabitur, exiet senatus civitatis eius, & metientur à loco cadaueris. Vnde iij. Ruth. Tollens Booz decem viros de senioribus civitatis Bethleem, dixit ad eos. sedete hic, & testes estote. Respondit populus, qui erat in porta, & seniores, Nos testes sumus, & coram eis accepit possessionem. Eli-
melech.*

Conditiones porrò proborum iudicum quatuor ex lege elicuit Philo in libro de Iudice: Vnam, ne vanos auditus excipiat. Quod in lege interpret vertit xxij. Exodi: *Non suscipies vocem mendacy:* Cuius præcepti Philo hanc rationem reddidit quia oculi, inquit, rebus ipsis intersunt, & contrectant, quodammodo negotia adiuuante luce per quam illustrantur, deprehendunturq; omnia, aures autem, sicut rectè dixit quidam è veteribus, minus fides habent, quam oculi, ut quibus non cum rebus ipsis sit commercium, sed cum verbis rerum interpretibus, non semper veritatem sectantibus: Alteram, ne munera accipiant, quod excæcent etiam prudentes, & subuertant verba iustorum. Nam muneribus induci ad iniustitiam, est scelerati hominis, seminali non reddere ius absque operæ præmio. Sunt enim quidam inter iustos, iniustosq; me
dij

dijinstituti ad tuendos oppressos ab oppressoribus, qui tamen nolunt gratis ferre sententiam pro causa meliore. oportet autem ut sententia iudicis sit non solum legitima, sed etiam incorrupta. Tertiam, ut causas partium examinent ante iudicium semoto omni personarum respectu, siue sint ciues, amici, familiares, siue contra, nequid benevolentia, vel odium cognitioni officiat. Quartam, ne in iudicio pauperis misericordia moueantur. sic enim inquit lex: *Non misereberis pauperis in iudicio.* cuius dicti rationem hanc idem affert. Pauperes in solo iudicio misereri nefas. nā misericordia debetur infelicibus, quisquis autē spontē malē fecit, nō infelix, sed iniquus est. iniquis autē pœna, iustis præmiū proponitur. Itaq; nemini misero propter suam inopiam pœna remittatur quia non misericordiam, sed iram meretur. & qui ad iudicandum accedit, debet more boni nummularij naturas negotiorum discernere, ne turbatis signis confundantur proba cum improbis. Hæc de Iudicibus.

Iudicia porrò in porta ciuitatum, quæ Iudicij dicebatur, exercita sunt. Indicat lex Deuteronomij xxj. *Si noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & vocabit senatum.* Item: *Si quis genuerit filium contumacem, qui*

parentes non audiat, apprehendant eum, & discent ad Seniores ciuitatis eius, & portam iudicij, & dicent ad eos Filius vester inobediens est. & sequenti: Si quis odio vxoris obiciat es, quod virgo non sit. parentes ferent secum signa virginis tatis eius ad seniores vrbis, qui in porta sunt. & xxv. Perget mulier ad portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius. Quinetiam loque viij ita scriptum: Stabit ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius. & iij. Ruth: Tollens Boaz decem viros de senioribus ciuitatis Bethlehem, dixit ad eos. Sedete hic, & testes estote. Respondit populus, qui erat in porta, et seniores. Nos testes sumus. et coram eis accepit possessionem. Elimelech. Hinc Prouerb. xxij. Non conteres egenum in porta, quia iudicabit Deus causam eius. & xxxj. Nobilis in porta vir eius, quando sederit cum senatoribus terre. & Psalmo cxxvj. Non confundetur, cum loquerentur inimicis suis in porta.

Hæc verò hoc modo peracta sunt. Qui litem alteri intendere cupiebat, is aliquem ex principibus Iudicum, qui Grammatologi dicebantur, adibat, & causam suam exponere, ab eoque, vt eam ad iudices introduceret, postulabat. Ille verò, si controuersiam recepisset, nam & respuere poterat, eam statuto die ad iudices introducebat, vnde nomen introductoris accepit. Hæc aut eo

loco prebabo, in quo de Principibus Iudicum disputabo. neque enim eadem bis repetenda videntur, sed suo quæque loco, eoque maximè idoneo dispensanda. Talmudistæ verò rem ita actam esse prodiderunt. Qui ius poscebant, primum ad iudices suæ civitatis adibant, quibus non audientibus ad propinquioris accedebant. Quod si ne illi quidem aures præbuissent, tum ad Iudices Hierosolymitanos se conferebant, qui duabus in portis sedebant, inde ab eis, si ne ita quidem voti sui compotes facti fuissent, ad Concilium confugiebant, quod Sæhedrin appellabant. Verba eorum, qualia à Petro Galatino homine aliquando Hebræo, referuntur, hæc sunt: *In principio non erat controversia in Israël, sed domus Iudicij* LXXI. *Iudicum in diversis locis sedebant. una enim earum sedebat in porta montis domus, id est templi, altera verò in porta Airij, reliquæ autem domus Iudiciorum* XXIII. *Iudicum sedebant in singulis civitatibus Israël. Cum verò aliquid poscendum erat, à domo Iudicij, quæ in civitate propria erat, poscebatur. si audiebant, dicebant. Sin minus, ad illum ordinem veniebant, qui in propinquiore civitate erat. qui si audiebant, dicebant apud eos. Sin minus, ad illum ordinem ibant, qui in porta montis Domini erat, dicebantq;.* Sic exposui, & sic socij mei exposuerunt.

erunt. sic docui, & sic socij mei docuerunt. qui si audiebant, dicebant apud eos, sin minus, ad eum ordinem veniebant, qui in porta Atrij domus Domini erat, dicebantq;. Sic exposui, & sic socij mei exposuerunt, sic docui, & sic socij mei docuerunt. Qui si audiebant, dicebant apud eos, sin minus, & isti, & illi ibant ad confessorium Gazich, in quo Sanbedrin à mane usq; ad vesperam sedebant, in sabbatis aut, & dieb. solè vrb. in muro sedebant. Hactenus Talmudistę.

Porro autem de testibus audiendis hæc in lege sunt Deut. xvij. *In ore duorum aut trium testium peribit, qui interficietur, nemo occidatur uno cõtra se dicente testimonium. & xix. Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium stabit omne verbum. atq; inde addit de falsis testibus iudicio seuerissimo vindicandis. Vnde eadem explicans dixit Iosephus: Vni testi fides nõ habeatur, sed tribus, aut duobus, quorum vita spectata sit. Mulieribus propter lenitatem, aut temeritatem nõ credatur, neq; seruis propter generis humilitatem. quos aut lucro, aut timore ad testimonium, dicendum adduci videtur verisimile. si quis testatus falsum, deprehendatur, eadem pœna afficiatur, qua ille, afficiendus fuit, pro quo testimonium dixit. Eadem etiam lege sanctum, ne quis damnaretur indicta causa. sic enim*

Nicodemus apud S. Ioannem septimo: *Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid fecerit? Extat demum lex de sententia ferenda his verbis Deuteronomij cap. xxv. Si fuerit causus inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iniustum esse perspexerint, illi iustitie palmam dabunt; quem impium, condemnabunt impietatis, sin autem eum, qui peccauit, dignum viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita dumtaxat, ut quadragenarium numerum non excedat, ne foede laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.*

De Concilio Hierosolymitano.

CAP. VII.

Consistorium autem Gazith, quod graeci συνέδριον & Cathedram, Latini Concilium, Talmudistæ Sanhedrin nominarunt fuit tribunal omnium & numero, & dignitate iudicum amplissimum in ea vrbe, quam Deus elegit, & caput esse sanctitatis, atque Imperij statuit, id est, primum in Sile, deinde Hierosolymis, siue primum in tribu Efraim, deinde Iuda, eo consilio constitutum, vt quæ à Iudicibus Ciuitatum singularum variantibus de iure. f. cōue sententijs definiri non possent, huc denique referrentur

rentur. De hoc verò tribunali acturus primum omnia, quæ à Talmudistis dicuntur, exponam, deinde, quid ipse apud sacros scriptores legendo compererim, addam. Sicigitur varijs in locis illi: *Tempore Moysis Dei iussu LXX seniores etate proveci, ac scientia probati delecti fuerunt, qui ipsius Moysis in populi regimine coadiutores essent, ad quos & omnes legis difficultates declarare, ac definire, & in rebus grauibus, & causis arduis iudicare pertinebat. De quibus illud Deuteronomio scriptum est: Si difficile atque ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, us ibi nomen eius euoces. Hi autem Sanhedrin vocabantur, & sedebant in consistorio Gazith ad iudicandum iudicia animarum dicebantur quoque Meokekim, id est, scribe, sine legumlatores, eò quod quidquid iradebant, & scribebant, tanquam lex ab alijs haberetur. Quorum collegium sceptrum datum à spiritu Sancto Iacob domui representabat, & in ipsis sceptrum ipsum pendebat. Quare non solum sub regibus, & ducebus residentes iudicandi potestatem exercuerunt, verum nullo etiam rege aut duce apud Iudeos existente, eorum tamen durauit auctoritas. Quatuor autem modi occidendi traditi sunt eis, lapidare, comburere occidere, & strangulare. Unde habebant, quòd quando interfecissent ani-*

mam, id est, cum aliquem occidendum iudicassent, tota die illa nihil gustarent. Iudicia porro de pecunijs, & bonis mobilibus fiebant per tres iudices, animarum per viginti tres. Nemo autem iudicabat tribunal, sceptrum, pseudopropheta, aut sacerdotem magnum, nisi dominus iudicij. LXXI. iudicium, nec egrediebatur ad bellum, nisi secundum os domus iudicij. LXX iudicium, nec addebant civitati, nec salarijs templi nisi per eosdem, nec faciebant Sanhedrioth, id est, conventum iudicum tribunalibus, nisi per eosdem. Collegium magnum erat LXXI. iudicium, minus xxij, erant autem LXX seniores, de quibus Numerorum xi. Congrega mihi LXX seniores, et unus Moyses. Minor ipsorum Sanhedrin conventus non poterat, nisi a LXX. maiorum consensu ordinari. ipsi namque, iudices LXX. ordinabant aliorum iudicum conventus, qui in alijs civitatibus, & locis circunquaque populum regebant, hac tamen conditione, et unusquisque cuiusque regionis conventus magno maiorum conventui Hierusalem, & in loco Gazith vocato existenti subesses. Iudices autem manuum impositione legebantur, ita ut quinque necessarij essent, qui id munus praestarent. Hos vero Sanhedrin Herodes rex sustulit. Unde alij substituti sunt, sed sine potestate sanguinis, unde Pilato responderunt: Nobis non licet interficere quenquam. Inde ob falsum Christi iudicium annos quadraginta ante, quam tem-

plum à Romanis incenderetur, ex consistorio Gazith expulsi sunt, & in Hamsith confederunt. non licebat autem de capite agere nisi in Gazith. ut Deuteronomij xvij. Et facies secundum verbum oris, quod nunciabunt tibi de loco illo. Item: Et surges, & ascendes ad locum, Ad extremum hi iudices quoq; omnes à Romanis iterum interfecti sunt. Atque hæc quidem Talmudistæ, qui certam harum rerum tibi notitiam vindicant, Petro Galatino auctore.

Nos autem hæc ad ea, quæ illi quasi oculis comperta scripserunt, ex sacris & veteris, & noui Testamenti thesauris, ac præterea ex Iosephi monumentis adiungimus, quibus institutionem, confirmationem, ius, ac potestatem huius Concilij explicemus. In primis ergo hoc tribunal à Deo institutum esse apparet, vt à Iudicio Iudicum ad Concilium seniorum, & Sacerdotum veniretur: vt scriptum est xvij. Deuteronomij. Sic enim ibi Moyses ad populum ex Dei præscripto loquitur: Si verò difficile, atq; ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge, et ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ibi nomen eius euoces, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore,

queresq, ab eis qui indicabunt tibi iudicij veri-
 tatem, & facies quodcunque dixerint, qui pre-
 sunt loco quem elegerit Dominus. & docerint
 te iuxta legem eius, sequerisq, sententiam coru,
 nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.
 qui autem superbuerit, nolens obedire sacerdotis
 imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo
 suo ex decreto iudicis morietur homo ille. Ex
 his apparet, hoc iudicium mandatum esse
 regi, sacerdotibus, & senioribus populi, hi
 enim præcipuerant, qui præerant loco,
 quem elegerat Dominus. Itaque Iosephus
 sic hanc legem reddidit, vt præcipuam sena-
 tus mentionem fecerit. sic enim scripsit: Si
 vero iudices nesciunt de rebus ad se delatis pro-
 nunciare, integram causam in urbem sanctam
 mittent, & conuenienter pontifex, & propheta,
 & senatus, quod visum sit pronuncient. Post
 autem Moyses aperte iudices nominat ip-
 sos, quos diximus sacerdotes XIX. inquit:
 Si steterit testis mendax contra hominem accu-
 sans eum, prauaricationis, stabunt ambo ante
 Dominum coram Sacerdotibus, & coram iudi-
 cibus, qui erunt in illis diebus. Iosephus autem
 ipsos etiam sacerdotes commemorauit li-
 bro secundo ad Appionem, cum scripsit: Sa-
 cerdotes inspectores omnium, iudices controuer-
 sarum, punitores damnatorum constituti sunt
 a Moysse.

Quinetiam Moyses ipse in Concilio causam cognouit eius qui Sabbato ligna collegerat, Leuitici xv. Scenim inquit Philo iij. de vita Moysis. *Comprehensum hominem adduxerunt ad principem, cui assidebant in Concilio sacerdotes, aderat verò vniversa multitudo ad audiendum in die Sabbati. Moyses autem, quo supplicio dignus esset, ignorans Deum consulit, qui lapidibus cadendum esse respondit.*

Vt autem hoc tribunal Moyses instituit, sic postea Iosaphat rex Iudæ sanciuit. quo modo etiam Iudicia in ciuitatibus confirmarat. sic enim Icriptum est in secundo Paralipom. *In Hierusalem quoque constituit Leuitas, & Sacerdotes, & Patriarchas ex Israël, ut iudicium. & causam Domini iudicarent habitatoribus eius, precepitq; eis dicens: Sic agatis in timore Domini fideliter, & corde perfecto.*

Omni causam, que uenerit ad vos fratrum uestrorum, qui habitant in urbis suis, inter cognationem, & cognationem, ubicunque questio est de lege, de ceremonijs, de iustificationibus. (In Græca translatione est de præcepto, mandato, iustificationibus, & iudicijs.) ostendite eis. ut non peccent in Dominum, & ne ueniat ira super vos, & super fratres uestros. Sic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem pontifex uester in ijs, qua ad Deum peruenient, preside-

bit. Zabadias filius Ismaël, qui est dux in tribu Iuda, super ea opera erit, qua ad regis officia pertinent. magistri (Græcè scribæ) Leuita erunt coram illis.

Iniuere ergo hoc Concilium, vt ex his apparet, Rex cum Principibus populi, ac LXX. Senioribus populi, & Pontifex cum Principibus sacerdotum, & Scribis, id est, legis doctores, vt perspicere liquet ex Euāgelij, vbi agitur de iudicio Christi. Voco autem Principes populi duodecim principes tribuum, qui regi assidebant. Seniores verò ipsos, quos dixi, LXX. populi senatores. Quare Ioseph ab Arimathia, senator, siue decurio nobilis, idem Concilij particeps fuit, siquidem scriptum est, ipsum cum ceteris assensum damnationi Christi non præbuisse. Principes autem sacerdotum dico illos, qui vicenis quaternis sacerdotum classibus, seu vicibus singuli singulis præerant. Scribas verò ipsos legis doctores, quos prophetas Iosephus vocauit.

Deleto inde Babylonica transmigratio-
ne Concilio, cum reuersis in patriam Iudæ-
is reliqua instituta restituerentur, etiam sa-
cerdotibus potestas in Concilio iudicandi
est data. quod præmonuit Ezechiel capite
xliij. mandato Dei inueniens: *Sacerdotes po-
pulum meum docebunt, quid inter sit inter San-*

*Sum. & Profanum, & inter Impurum, ac Pa-
rum iudicabunt eis. & circa iudiciū sanguinis
ipsi insistent, ut diiudicent, et iustificationes me-
as iustificabunt, & iudicia mea iudicabunt, &
leges meas, & præcepta mea in omnibus diebus
festis meis custodiēt, id est, de causis religiosis,
& capitalibus cognoscent, atque homines ius-
tificabunt, id est, absoluent. & iudicabunt, id
est, condemnabunt, prout ego in lege facien-
dum esse præscripsi, vbi qui digni venia, &
qui pœna essent, demonstraui. Sunt autem
qui hoc Concilium post è familia Davidis
lectum fuisse dicant, atque eos postea ab
Herode rege fuisse sublato. Quod si ita
est, videndum est, num eò verba Psalmi in
restitutione vrbis Hierosolymitanæ, teste
§ Athanasio, cantata, referri possint. Quia
illie, id est, in Hierusalem, *sederunt sedes ad iu-
dicium, sedes super domum David*, id est, sedes
è domo David.*

Aduocarunt verò hoc Concilium, aut
Rex, aut Pontifex, prout crimen delatum,
aut ciuitatem attigit, aut religionem.

Ceterùm ordo rei apud hos iudices pera-
gendæ fermè fait huiusmodi. Qui nomen
deferre alterius cupiebat, is fermè aut re-
gem, aut pontificem, aut principes adibat,
reumq; denūciabat. Quo facto illi ministros
ad hominem capiendū mittebāt, & si res tu-
lisset,

lisset, cohortem etiam à præfecto templi acceptam adijciebant, eumque ad se adductum fermè in carcere, atque in custodia militari habebant, donec de illo iudicaretur. Inde vniuerso conuocato Concilio opera cognitioni dabatur. Intendebatur autem ab accusatore crimen, & pœna his verbis: *Iudicium mortis est viro huic, quia hoc, aut illud fecit.* Repellebatur autem à defensore, his: *Iudicium mortis non est viro huic, quia illud nō fecit, aut quia iuste fecit.* Vbi verò perorata vtrinque caussa erat, tum iudicibus suffragia dabantur, atque ille pro numero sententiarum aut cōdemnabatur, aut absoluebatur. Vbi verò res ad Romanos redacta est, Concilio relicta tantum est condemnatio, animaduersio verò erepta, sed procuratori Romano permessa. Quod in iudicio Christi euenit. Nam Concilium damnauit Christum, & morti addixit, populus verò à Cōcilio incitatus, à Pilato procuratore poposcit, vt crucifigeretur, atq; ille, vt ita fieret, iudicauit.

Formula porrò intendendi aut repellendi criminis est xxvj. Hieremiæ. *Loquuti sunt sacerdotes, & propheta ad principes Iuda dicens: Iudicium mortis est viro huic, quia prophe-
tauit aduersus ciuitatē istā. Et dixere principes ad sacerdotes: Non est viro huic iudicium mor-*

is, quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. Formula verò damnationis est apud S. Matthæum xxvj. *Ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? at illi respondentes dixerunt, Reus est mortis.* Quod Marcus dixit: *Qui omnes cõdemnaverunt, eum esse reum mortis.* Verum hæc, quæ dixi, omnia clarius cognoscantur, si singula, quæ ab hoc ordine iudicia facta sunt, de quibus litteris proditum sit, exponentur.

Mentio ergo Iudicij, & Concilij fit in Psalmo primo: *Ideo non resurgent impij in Iudicio neque Peccatores in Concilio iustorum.*

Primum autem iudicium, quod nominatim peractum à Concilio sit, in ipso Assamonæorum imperio, nempe Hyrcano regnante, apud Iosephum libro xiiij. traditur, cum Herodes reus factus est, is, qui postea rex fuit. Quo tempore vigebat lex, cuius idem meminit. Ne cui nocenti vita eriperetur, nisi Concilij, siue, vt Græco vocabulo utar, Synedrij sententia condemnato. *Herodes, inquit, Antipatri filius quosdam latrones sine Concilij sententia interfecerat, ac potentia sua terrorem omnibus inferebat. Quare multi Hyrcanum regem, & populum hortati sunt, ut ipsum causam dicere in Concilio cogerent, Hyrcanus autem Herodem ad causam in Concilio dicendam, adesse iussit. Ille verò in Concilium*

cum eoborte sua progressus adeo terruit omnes, ut nemo ad accusandum accedere auderet. Silis tibus autem omnibus vnus Sameas, vir iustus, dixit. Viri ex Concilio, & Rex, credo nimirum vestrum vidisse vnquam similem huic aliquem in hoc Concilio consistentem. Nam qui huc accedere consueverunt, ut causam dicant, humiliter astare, & misericordiam à vobis poscere capillis promissis, & veste atrata soliti sunt, hic vero de cade causam dicturus, adest purpuratus, & capite ornato, armisq; stipatus, ut si condemnatus ex lege fuerit, nos morte afficiat, ipse vero vi facta veritati euadat. Verum Herodem non accuso, siquidem commodo suo, non legi consuluit sed vos, aut regem, qui ei tantam licentiam tribuistis. Unum scitote, maximum esse Deum. Quare hic, quem nunc propter Hyrcanum dimittere vultis, quandoq; vos, & ipsum regem torquet. Hyrcanus autem cum vidisset, indices ad necem Herodis propendentes, iudicium in posterum diem distulit, & clam monuit, ut vrbe abiret.

Iudæa inde post Aristobulum victum in potestatem Rom. redacta, ac prouincia facta Antipatrum, Herodis patrem procuratorem accepit, eo iure, ut nec pontifex Concilium ipso inscio, atque inuito procuratore conuocare, nec Concilium sine auctoritate procuratoris Roman. indamnatum animad.

maduertere possent, vt scribit Iosephus libro vicesimo, vbi de Sancto Iacobo fratre Domini loquitur.

Inde P. Gabinius. vt idem prodit, Syrię proconsul ab Alexandro Aristobuli filio prouocatus, noua victoria parta rursus Iudęam constituit. Etenim quattuor Concilijs additis gentem in quinque partes distribuit, quarum vna, teste Iosepho, Hierosolymis egit, altera Gadaris, tertia Amathunte, quarta Hieriscunte, quinta Sephoris Galilęe. Quare cum quinque concilia essent, merito CHRISTVS ad Apostolos dixit x. apud S. Matthæum. *Cauete ab hominibus. tradent enim vos in Concilijs.* (Gręce εἰς συνέδρια, id est, in Concilia) & *in synagogis flagellabunt vos.*

Post autem Herodes rex à Romanis appellatus, ac Hierosolymorum potitus, vt idem tradit Iosephus, epistolas quasdã Hyrcani suspiciosas huic Concilio indicauit, atque illum iam regno orbatum, vt Sameas vaticinatus fuerat, interemit, & LXX. seniores morte affecit, atque eis humiliores alios subdidit, vt Talmudistę quoque cum Philone notarunt, qui scripsit in libro de Temporibus: *Herodes anno xxx. principatus sui Sãbedrin ex domo David sustulit.*

Mortuo

Mortuo inde Herode, atque Archelao filio eius rege ab Augusto Imperatore Vienneam relegato, Iudæa iterum prouincia Romanorum facta procuratori subiecta, Herode Antipa Herodis regis filio Galilæam nomine Tetrarchæ tenente. Quo tempore Pharisei, & Sadducei magnas in Concilio opes habuerunt, (hæ duæ hæreses Assamoneorum, vt dixi, temporibus excitationum ciuitatem præcipuè obtinebant) quod ex senioribus, sacerdotibus, scribis, & principibus alij in vna, alij in altera hæresi versarentur. Quare Christus, qui per hos annos Euangelium docuit, sæpè huius Concilij, & eorum, qui illud inierunt, mentionem fecit. Primum enim cum quodam die sermonem longum in monte instituisset, ac correctionem veteris legis afferret, nouasque pœnas homicidio constitueret, peritus moris Iudaici spirituales pœnas temporarijs ipsis, quæ tum ex lege vsurpabantur, expressit, Iudicium nominans, & Concilium. Quem admodum enim dictum erat in Psalmo: *Impij non resurgent in Iudicio, neque peccatores in Concilio iustorum*, sic ipse dixit: *Audistis dictum esse antiquis: Non occides. qui autem occiderit, reus erit Iudicio: Ego auē dico vobis, quod omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit Iudicio, qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit Concilio,*

*cilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehenna ignis. Quibus verbis significauit, maius periculum impendere ei, qui reus ad Concilium adducatur, quàm ei, qui ad Iudicium, quorum illud συνέδριον hoc κρισιον S. Mattheus vocauit. nam vt in Iudicio crimina leuio-
 ra. in Concilio grauiora disquirebantur, sic in illo poenae leuiiores, in hoc acerbiores infligebantur. nam gehennam locum fuisse tradunt, quo cadauera damnatorum cremanda proieciabantur, S. autem Augustinus longè aliter interpretatur inquiring: *Tres re-
 atus sunt, iudicij, concilij, & gehenna ignis. Nã in iudicio adhuc defensionis datur locus. in concilio autem, quanquam & iudicium esse soleat, tamen quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctio, videtur ad Concilium pertinere sententiae prolatio, quando non iam cum ipso reo agitur, utrum damnandus sit, sed inter se qui iudicant, conferunt, quo supplicio damnari oporteat, quem constat esse damnandum. Apparet autem, ipsum iudicialis rationis Hebraicæ notionem non habuisse. Alio inde loco Christus præmonens discipulos suos de morte, qua afficiendus esset à Concilio Hierosolymitano, dixit item apud S. Matthæum xvj. *Se oportere ire Hierosolimam, & multa pati à Senioribus, & Scribis, & Principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere.***

Inde cum prædicatio eius omnibus innotuisset, ac legi veteri officere videretur, præcipuè hoc Concillium ei obsistere institit. Sic enim scripsit S. Lucas xx. *Principes sacerdotum, & Scribe cum Senioribus quesierunt à Christo, Dic nobis, in qua potestate facis? aut quis dedit tibi hanc potestatem? cumque eo modo capere non potuissent, observantes miserunt infidatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, & traderent illum principibus, & potestati præsidis, & interrogarent eum dicentes: Licet nobis tributum dare Casari, an non? & Ioannes xj. Quidam ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis, qua fectis Iesus. Collegerunt ergo Principes sacerdotum, & Pharisei Cōcilium, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. si dimittimus eum, sic omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit ei: Vos nescitis quid aquam, nec cogitatis, quia expedis vobis, ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eum. & post: Dederunt Principes sacerdotum, & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit, ubi sit, indices, & apprehendat eum.*

Inde

Inde sequutum est ipsum Concilij iudicium omnium celebratissimum, in quo idem morte condemnatus, atq; affectus est: Id verò pluribus locis Euangelistarum in vnũ collatis exponetur, quòd ex eo moshuius Iudicij facilius, quàm ex vllò alio, percipi possit. Ordinem autem actæ rei, nullo citato præcipuo loco, quòd singula notissima sint, exequemur. Conuocati quippè sunt Principes sacerdotum, & Scribæ, & Seniores populi in atrium Pontificis, qui dicebatur Caifas, & consilium inierunt, quemadmodum Christum dolo tenerent, & interficerent. Iudas autè vnus de duodecim discipulis Christi accessit ad eos tũ, & pollicitus est, se illum traditurum, si sibi triginta denarios darent, & accepta pecunia abiit, quærens opportunitatem tradendi eum sine turbis. Interim Iesus Pascha cum discipulis suis celebrauit, cœnamque vltimam fecit, in qua se proditum iri ab vno eorum dixit. tum mysterijs omnibus perfectis, exiit cum Petro, & filijs Zebedæi in hortum extra urbem, atque orationi se tradidit. Tum Iudas ministris, & cohorte à Principibus sacerdotum, & Senioribus populi, & Magistratibus templi acceptis, nocte accessit, atque illum prodidit. Iesus autem dixit ad eas, quæ ad se conuenerat, turbas. Tanquam ad

latronem existis cum gladijs; & fustibus, vt me caperetis; cum quotidie essem vobiscum in Templo, in me manus non intecistis. Cohors autem, & tribunos, & ministri Iudæorum eum corripuerunt, & vinctum adduxerunt ad Caifam, qui erat pontifex illius anni. pontifex autem interrogauit illum de discipulis, & doctrina sua, qui verò tenebant eum, illuserunt ei cædentes eum, alij verò Petrum discipulum eius ad focum stantem variè fatigauerunt. Vbi verò illuxit, conuenere Seniores populi, Principes sacerdotum, & Scribæ cum vniuerso Concilio, vt eum morti traderent, & duxerunt illum in Concilium suum, quærentes falsum testimonium aduersus eum, & non inuenerunt. Tum dixerunt: Si tu es Christus, dic nobis. Quibus ille. Si dixerero vobis, non creditis mihi, neque dimittetis ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo filius Dei es? qui respondit. Vos dicitis, quia ego sum. Tum illi dixerunt. Quid desideramus testimonium? ipsi enim audiimus ex ore eius, & reum mortis condemnauerunt. Et surgens omnis multitudo, duxerunt eum à Caypha in prætorium ad Pilatum præsidem, vt eum morti traderent. Exiuit autem Pilatus ad eos foras, & dixit. Quod cri-

men obiecistis homini huic? responderunt, si non esset hic facinorosus, non tradidissimus eum tibi. Dixit eis Pilatus: Accipite eum, & secundum legem vestram iudicate. Dixere Iudæi. Non licet nobis interficere quenquam. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributum dari Cæsari, & dicentem se Christum esse Regem. Pilatus autem rogauit eum, num esset Christus rex Iudæorum? Cui ille. Tu dicis. Pilatus autem ad Principes sacerdotum, & turbam. Nullum crimen inuenio in hoc homine. At illi inualescebant dicentes: Commouet populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autem audiens, Galilæam rogauit, num Galilæus esset, & vt cognouit, eum Herodis ditionis esse, misit ad Herodem, qui Hierosolymis erat. Herodes autem cum nullum responsum ab eo elicere potuisset, spreuit, & remisit ad eum indutum veste alba. Pilatus autem conuocatis Principibus sacerdotum, & Principibus, & populo, dixit. Obtulistis mihi hominem hunc, quasi auertentem populum, ego verò nullum crimen inuenio, sed neque Herodes. Cum autem moris esset, vt per diem festum præses victum vnum populo dimitteret, quem vellet, & latronem insignem in vinculis habe-

ret, nomine Barrabam, rogauit populum, utrum vellet dimitti, Barrabam, an Iesum? illi à principibus sacerdotum, & Senioribus incitati, dixerunt, Barrabam. Tum ille, Quid faciam de Iesu? dixerunt. Crucifigatur. Tum Pilatus: Nullum crimen inuenio in eo. Responderunt. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium DEI se fecit. Quærente autem Pilato dimittere Iesum, clamauere Iudæi, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui regem se facit, contradicit Cæsari. Videns autem Pilatus se nihil proficere, sedens pro tribunali, lauit manus coram populo dicens: Innocens ego sum à sanguine huius, vos videbitis. respondit autem vnuerfus populus: Sanguis eius super nos, & super filios. Tunc Pilatus volens populo satisfacere, adiudicauit fieri petitionem eorum, ut crucifigetur. Tunc milites susceperunt Iesum, & e-duxerunt eum portantem sibi crucem in Caluariz locum, & hora sexta crucifixerunt. Ex his apparet, cum dictum est, conuocatum esse summo manè Concilium, atque eos duxisse Christum in concilium suum, conuocatum esse in Gazit, atque eò è domo pontificis adductum esse Christum, ibique morti obnoxium esse, sancitū, inde à populo mortis genus esse indictū, eaq; Pi-
lati

lati præsidis sententia comprobata.

Tertium inde huius Concilij iudicium, ut ordinem temporum persequamur, memoratur in Actis, ubi de S. Petro & S. Ioanne agitur cap. iij. & iiij. *Petrus & Iohannes cū templum ingredientes, claudum quendam ab utero matris sanassent, & mirante populo multa super eare verba facerent, superuenere principes sacerdotum, magistratus templi, & Sadducei dolentes, quod populum docerent, & annunciarent in Iesu resurrectionem mortuorum, & iniectis manibus condiderunt in carcerem. Postidie verò congregati sunt Principes eorum, Seniores, & Scriba in Hierusalem, & Annas princeps sacerdotum, & Caifas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant ex genere sacerdotali, & statuentes eos in medio rogabant, in qua virtute hec fecissent? & mox: fusserunt autem, eos extra Concilium secedere. Hoc enim in loco Caifas erat pontifex. Anna pontificius, sed potestatem pontificis Caifæ generi sui gerebat, Ioannes, & Alexander, ut supra diximus, erant principes sacerdotum.*

Quartum est cap. v. ubi agitur de Apostolis prodigia facientibus: *Exurgens autem pontifex, & omnes Sadducei, qui cum illo erant, repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica, adue-*

inde pontifex, & qui cum eo erant, conuocauerunt Concilium, & omnes seniores (Græcè πᾶσαι γερουσίαι) filiorum Israël, & miserunt ad carcerem, ut adducerentur. ut autem neminem in carcere inuentum audierunt, magistratus templi, & princeps sacerdotum ambigebant de illis, quidnam fieret. Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi, & cum adduxisset, stauerunt in Concilio. quos monuit pontifex, ne verba facerent in nomine Iesu. Cum autem respondisset Ferrus, Deo magis, quam illis, obviare oportere, surgens quidam in Concilio Phariseus, nomine Gamaliel, legis doctor, iussit eos paululum foras secedere. Deum: Et conuocantes Apostolos casis denunciauerunt, ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos.

Quintum iudicium fuit S. Stephani: ca. vj. Tunc submiserunt viros qui dicerent, se audisse eum dicentem verba blasphemie in Moyse, & Deum. commouerunt itaq; plebem, & seniores, & scribas, & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium, & statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui aduersus locum sanctum, & legem. & post multa: Exclamantes voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimitate in eum.

Sextum extitit S. Pauli: cap. xxij. Tribunus timotheus, postquam audiuit, Paulum circum
Rom.

Rom. esse, & vinculum. postridie verò scire cupiens diligentius, cur accusaretur à Iudeis, soluit eum, & iussit principes sacerdotum conuenire, & totum Concilium. intendens autem in Concilium Paulus, ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum usque in hodiernum diem. Ananias autem pontifex praecepit astantibus, ut os eius percuterent. Tum Paulus dixit ad eum. Percutiet te Deus paries dealbate. & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem me percuti iubes. Et qui astant, dixerunt. Summus sacerdotem DEI maledicis? Dixit autem Paulus: Nesciebam fratres, quia princeps est sacerdotum. scriptum est enim: Principem populi tui non maledices. Sciens autem Paulus, quia una pars esset Sadduceorum, & altera Phariseorum, exclamauit in Concilio. Viri fratres, ego Phariseus sum, filius Pharisei, de spe, & resurrectione mortuorum ego inascor, & cum haec dixisset, facta est dissensio inter Phariseos, & Sadduceos, & soluta est multitudo.

Septimum fuit S. Iacobi minoris, de quo sic Iosephus lib. xx. Ananus pontifex ab Agrippa rege factus audacia praestitit, & ut Sadduceus, acerbus in iudicijs fuit. putans autem se idoneam occasionem natum, quia Festus procurator vita cessisset, Albinus verò adhuc in itinere esset, conuocat concilium Iudicum, & ad id

adducit Iacobum fratrem Iesu, qui dicebatur Christus, & quosdã alios crimine oblato, quòd legem violassent. Qui verò moribus erant mitioribus, egre hoc tulerunt, & clam ad regem miserunt, hortantes, ut Ananum ab eiusmodi incoeptoreuocaret. Quidam verò eorum etiam Albino obusam prodierunt, cumq; docuerunt, nò licere Anano iniussu eius concilium conuocare. Quare Albinus mandauit Anano, ne quid tale tentaret, nisi pœnas dare vellet, atq; ei propterea pontificatum ademit.

Octauum fuit S. Matthiæ apostoli, vt est in vita eius: Cum Matthias instantius de Iesu sermonem faceret, Iudei zelo repleti duxerunt eum vincientes, & nunciauerunt pontifici, & senioribus: Iesu discipulum, comprehendimus, quem subuertentẽ populum in Synagogis apprehendimus. illi adduci iusserunt. Aeuentes igitur cū ministris adduxerunt in Conciliũ. Quem multis allocutus est pontifex, cui respondit Matthias, Christi seruus sum. Tunc pontifex obturans aures suas, & stridens dentibus, ait, Blasphemauit Matthias. Audiat legem. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo, atque ita damnatum ad locum. Lapidationis perduxerunt.

Nonum iudicium est apud Iosephum libro iij. Belli, vbi scribitur: Septuaginta plebeiiorum

betiorum honestissimos ex precepto conuocant ad iudicium speciem potestate carentes, & apud eos Zachariam, quasi res prodere Romanis, accusant.

Decimi métio fit anno eo, quò vrbs Hierusalem à Tito euersa est, apud Iosephum Gorionis. *Conuocauit, inquit, iudices populi, & septuaginta Seniores, qui etiam Sanhedrin dicuntur. dixitq; Iehocanam ad omnes sacerdotes, & seniores, & iudices: Nisi iudicaueritis quoscumque ad vos adducemus, pro arbitrio nostro omnes moriemini.*

Atque hæc quidem de Concilio Hierosolymitano à nobis dicta sint, In quo rei capitalis præcipuè apud Hebræos tractata cognitio est.

De pœnis. CAP. VIII.

HIS expositis, deinceps sequi videtur, ut pœnarum, aut suppliciorum genera demonstremus. Harum verò in lege hæc ferme nomina inueniuntur, restitutio, multa, talio, verberatio, exilium, venditio mors.

Restitutio, vt Exodi xxij. *Si quis furatus fuerit bouem, aut ovem, & occiderit, vel venderit quinque boues pro uno boue restituet, & quatuor oues pro una oue.*

Multa, vt ibidem ca. xxi. *Si quis percusserit mulierem pregnantem, & abortiuum quidem fecerit*

fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno, quãrum maritus mulieris expetuerit, & arbitri iudicauerint.

Talio, vt in ijs, quæ ibi subiiciuntur: *Sin autem mors eius fuerit subsequuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduersionem pro aduersione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.*

De verberatione Deuteron. xxv. *Sin autem qui peccauit, dignum viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura autem peccati erit & plagarum modus. Ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant, ne scædè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.*

Venditio, vt xxij. *Si fur non habuerit, quod pro furto reddat, ipse venundabitur.*

Exilium, vt xxj. Exodi: *Qui non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam sibi locum, in quem effugere debeat.*

Necis autem genera tria in lege nominatim exprimentur, combustio, crucifixio, & lapidatio, reliqua sub hoc nomine generali *Occisio.*

Combustionis mentio fit Leuitici x. *Qui supra uxorem filiam duxerit matrem eius, scelus operatus est. vnius ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.*

Cruci-

Crucifixionis lex traditur à DEO, xxj. Deuteronomij: *Quando peccauerit homo, quod morte plectendum est, & ad iudicium mortis, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadē die sepelietur, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.*

Inde scriptum est Iosue octauo. *Iosue regem Hai suspendit in patibulo usque ad vesperam, & solis occasum, praecepitq; Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce. proieceruntq; in ipso introitu ciuitatis.* Græcus autem interpret neque patibulum, neque crucem nominat, sed lignum geminum vocat, quòd ex duobus lignis crux constitueretur, & x. *Suspendit Iosue quinque reges super quinque stipites, fueruntq; suspensi usque ad vesperam, cumque occumberet sol, praecepit socijs, ut deponerent eos de patibulis* Inde secundo Regum xxj. *Gabaonite crucifixerunt filios Saulis permittente Dauide Rege in monte coram Domino, id est, coram Tabernaculo, quod tunc erat in Gabaon, & vij. Esther: En lignum, quod parauerat Mardocheo, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos, cui dixit rex. Appendite eum in eo, suspensus est itaq; Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo. & primo Esdræ cap. vj. *A me positum est decretum,**

ut om.

ut omnis homo, qui hanc mutauerit inssionem,
 tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, &
 configatur in eo. & Actuum v. de Christo:
 Quem vos interemistis suspendentes in ligno. de
 qua cruce dixit David Psalmo xxj. Foderūt
 manus meas & pedes meos, dinumerauerunt o-
 mnia ossa mea.

Nullum autem occurrit crucifixionis ex-
 emplum iudicio constitutæ, nisi vnum iudi-
 cio Dei, alterum verò Concilij. De priore
 scriptam est xxv. Numerorum: Iratus Domi-
 nus cōtra eos, qui fornicati erāt cū filiabus Mo-
 ab, ac ad Moysem: Tolle cunctos principes po-
 puli. & suspende eos contra solem in patibulis,
 ut auertatur furor meus ab Israël. De postero-
 re quo Christus est condemnatus, agitur
 in Euangelijs. Ntm qui è Concilio erant,
 postquam iudicarunt eum reum esse mor-
 tis, adduxerunt ad Pilatum procuratorem,
 ut morti traderet, narrantes, eum se regem
 Iudæorum vocare. Quibus demum, Pilatus
 dixit: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum?
 At illi clamauerunt, crucifige eum. Pilatus
 autem volens populo satisfacere, tradidit Iesum
 flagellis cesum, ut crucifigeretur. & titulum cri-
 minis inscripserunt: Rex Iudæorum, & cum eo
 crucifigunt duos latrones, vnū à dextris, & ali-
 um à sinistris. Iudei ergo, quoniam Parasceus
 erat, ut non remaneret in cruce corpora Sab-
 bato,

bato, rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo, ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, sed unus militem lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis, & aqua. Credo autem eos crucifigi postulasse non legibus suis, sed Romanis, nam qui perduellionis erat compertus, is in crucem agebatur, ut in libris de Iudicijs Romanorum ostendimus. Christum autem maiestatis reum fecerant, quod se regem Iudæorum assereret, cum solus rex esset Cæsar. Mos etiam fuit, ut crucifixi cognatis ad sepulturam cōcederentur, quod & in Christo seruatum est, & in alijs, ut prodit Philo in Flaccum. Noui quosdam, inquit, iam crucifixos instante festo Augustorum de cruce depositos, & ad sepulturam ex more cognatis redditos.

De lapidatione autem hæc inuenimus. Lapidibus præcipuè appetiti sunt, qui in Deum deliquerunt, id est, qui alienos deos coluerunt, qui Deo maledixerunt, qui sabata neglexerunt, & qui adulterium commiserunt. Qui verò eiusmodi rem compertâ habuit, is testimonio reddito primus lapides iecit, populus verò excipiens hominem

nem lapidibus extra urbem est persecutus, donec mortem oppeteret. Sic enim precipitur Leuitici xxiiij *Educ blasphemus extra castra, & ponant oēs, qui audierunt, manus super caput eius, & lapidet eum uniuersus populus. Nam qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Inde Deuteronomij xiiij. Qui suaserit, ut seruiatur Deis alienis, non parcat ei oculus tuus, & miserearis, & occules eum, sed statim interficies. sit primum manus tua super eam. & post te omnis populus mittat manum, lapidibus obrutus necabitur. Item xvij. Vir, aut mulier, qui facient malum in conspectu Domini Dei sui, & transgredientur pactum illius, ut vadant, & seruiant dijs alienis, & adorent eos, & hoc tibi fuerit nunciatum, audieris que inquisiueris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israël, educes virum, ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tue, & lapidibus obruentur. in ore duorum aut trium testium peribit, qui interficietur. nemo occidatur, uno contra se duente testimonium. manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema miltetur, ut auferas malum de medio ius. & xv. Numerorum: Cum essent filij Israël in solitudine,*

& inuenissent hominem colligentem ligna in die
 Sabbati, obtulerunt eum Moysi, & Aaron, &
 vniuersa multitudini. Qui recluserunt eum in
 carcerem, nescientes quid super eo facere debe-
 rent. Dixitq; Dominus ad Moysen: Morte mo-
 riatur homo iste: obruat eum lapidibus omnis
 turba extra, cumq; eduxissent eum foras, obrua-
 runt eum lapidibus, & mortuus est. De adulte-
 ris verò sic Deuteronomij xxij. Si puellam
 virginem desponderit vir, & inuenerit eam ali-
 quis in ciuitate, & concubuerit cum ea, educes
 utrumque ad portam ciuitatis illius, & lapidi-
 bus obruentur: puella, quia non clamauit, cum
 esset in ciuitate. vir, quia humiliauit uxorem
 proximi sui.

Hæc fermè de lapidatione scripta in le-
 ge reperiuntur. Extra legem etiam aliquot
 exempla eius memoriæ consecrata sunt, vt
 blasphemiam tertio Regum xxj. Viri diaboli-
 ci dixerunt contra eum testimonium coram mul-
 tudine. Benedixit Naboth Deum, & regem.
 quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, et
 lapidibus interfecerunt. Benedixit bono voca-
 bulo, pro maledixit vsurpabant. Item apud
 Ioannem x. De bono opere non lapidamus te,
 sed de blasphemia. & vj. Actuum de S. Stepha-
 no. Tunc submisserunt viros, qui dicerent, se au-
 disse, eum dicentem verba blasphemie in Moy-
 sem, & Deum. Commouerunt itaq; plebem, &

seniores, & scribas, & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium, & statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum, & legem. & post ubi Stephanus verba fecit, subiicitur: Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum, & eicientes eum extra ciuitatem lapidabant, & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus: Item de S. Matthia apostolo, qui blasphemasse arguebatur: Cum conduxissent ad locum Lapidationis, testes duo secundum legis mandatum, posuerunt manus suas super eum, ac primi lapides iecerunt. De adultero sic Ioannes viij. Adducunt Scribe & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei. Magister, hac mulier modò deprehensa est in adulterio, in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? quibus ille dixit: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Ergo, vt dixi, condemnatio ad Concilium, animaduersio ad populū pertinebat.

Reliqua occisionis genera minus celebrata, vt decollatio, de qua S. Matth. xiiij. Et decollauit Herodes rex Ioannem in carcere. nam strangulationis, aut suspendij nulla mentio reperitur, nisi Iudæ proditoris, qui suspen-

dio crepuit medius. Ac de iudicijs quidem hæc hæctenus.

CAROLI SIGONII

DE REPVB- LICA HEBRAEORVM

LIBER SEPTIMVS.

Qui inscribitur de Magistratibus.

De Generibus Magistratum. CAP. I.



onsilij, ac Iudicijs subijciuntur ordine magistratus, quippè qui Consilij, & Iudicijs præfuerunt, aut omninò sua auctoritate partem publicæ consultationis, & Iudicationis aliquam attigerunt. Hi à Græco interprete ἀρχοιτες, à Latino Principes conuertuntur. Quoniam autem ἀρχειν est non solum præesse, ac ducem esse, sed etiam imperare, atque iubere, propterea vis in magistratu insita duplex est, vna, vt populo præsit, eique quæ sunt facienda præscribat: altera vt ius dicat, ac iudicet, siue, vt scriptura loquitur, *iudicium*, ac *iustitiam* faciat.

Quare magistratus in sacra historia aliquando duces populi, aliquando Iudices appellantur. id quod clarè perspicì potest in Regibus. Hi enim verè & populi duces fuisse, & populum iudicasse dicuntur. De ducatu elicitur ex primo Regum nono, vbi Deus dixit de Saule: *Vngues eum ducem super populum meum Israël.* Et quinto secundi ad Davidem: *Tu pascis populum meum Israël, & eris dux super Israël.* & post David de Salomone primo tertij: *Salomon regnabat pro me, illique precipiam, ut sit dux super Israël, & super Iudam.* De iudicio verò extat primo Regum, vbi dixit populus ad Samuelem: *Constitue nobis regem, ut iudicet nos.* & octauo secundi: *David rex faciebat iudicium, & iustitiam cum Eto populo.* Et primo secundi Paralipomen. ad Salomonem: *Idcirco Deus posuit te super Israël regem, ut facias iudicium, & iustitiam.* Vnde Psalmo ix. *Fecisti iudicium meum, & iustitiam meam, sedisti super Ieronim, qui iudicabas iustitiam, id est præstitisti, quæ tradidi tibi facienda in lege mea: omnibus enim his in locis est Græcè κρίσις, δίκη, & δίκαιοσύνη, quæ respondent illis verbis, quæ mandauit Deus in lege κριματα, & δικαιώματα, id est Iudicij, & Iustificationes, quibus ratio præscribitur, qua impius condemnetur, & innocens absoluat.* Est enim magistratus ani-

mata, & loquens lex, siue legis executor, & vindex. Atque vtrumque quidem ius in magistratum conuenire, & Ducis, & Iudicis, docuit etiam Aegyptius quidam Exodi secundo aduersus Moysem, qui hominem Aegyptium interfecerat, inquiring: *Quis te constituit Principem, aut Iudicem super nos?* Ducatum verò exercuerunt in bello gerendo, & de rep. consultando, iudicantem in iure reddendo.

Hæc autem potestas siue ducēdi, siue iudicandi primùm Moyfi data est in populum Hebræorum, etiam antequam lex scriberetur, tum cum Deus ei mandauit, vt populum seruitute regis oppressum ex Aegypto educeret. Itaque ille primis diebus volentem populum, ac senatum ad consilia aduocauit, & sine iudicibus, aut magistratibus vllis iura eisdem volentibus reddidit. Post autem cum Iethro socer eius ad eum in solitudine agentem primo anno venisset, atq; assiduam eius operam in causis cognoscendis animaduertisset, auctor fuit, vt rerum leuiorum cognitionem præfectis aliquot, viris sapientia, atque æquitate præstantibus traderet, ipse verò sibi grauiora, imprimisque ad Deum pertinentia reseruaret. Quam iurisdictionem ille deinde moriens tradidit Iosue Naue filio, ei, qui populum in terram

Chananzam induxit. Quo mortuo populus repub. à Deo tradita vti cœpit. Sic enim dixerat Moyſes anno quadrageſimo in terra Moab loquens de ijs. quę faciendã eſſent, vbi terram Chananzam obtinuiffent: *Non facietis ibi, que nos hic facimus hodie ſinguli, quod ſibi rectum videtur. neq; enim uſq; in præſens tempus veniſtis ad requiem, & poſſeſſionẽ, quam dominus Deus veſter daturus eſt vobis.*

Cæterum. cum reſp. triplex fuerit, nimirum vniuerſi populi, ſingularum tribuum, & ſingularum vrbium, propterea magiſtratus in varia diſtributa genera ſunt. Ac magiſtratus quidem vniuerſi populi fuere primum iudices, deinde Reges, tum Principes, denique iterum Reges, qui in vrbe Metro- poli conſederunt, in ſingulis autem tribubus Phylarchi, & Patriarchæ. in ſingulis vero vrbibus Principes ciuitatum, ſue iudicũ, nempe Tribuni, Centuriones, Quinquagenarij, & Decani, de quibus ſingulis reſ poſtulat, vt ſeparatim agatur.

De iudicibus Iſraël. CAP. II.

QVI ergo primam Hebræorum reſp. id eſt, ariſtocratiam in terra Chananzæ geſſerunt, cum duplicem poteſtatem & ducendi, & iudicandi haberent, tamen non à ducatu duces, ſed à iudicio, tanquã à parte

potiore vocati Iudices sunt, id est, homines
condemnandi, & absoluendi ius, atque au-
ctoritatem ex lege habentes. Quod vt ex-
primerent Græci, duo verba adhibuerunt,
κρίτην, & δικασήν, κρίνειν, & δικάζειν, κρίσιν, &
δικάωσιν, vò duo legis iussa in hoc magistra-
tu præcipuè inclusa significarent, Iudiciũ, &
Iustificationem, quæ in lege, vt iam sæpè
pro re præcipuè animaduertenda monui,
κρίμα, & δικάωμα dicta sunt, siquidem de
Othoniele, Aod, & Debora dixerunt *ἐκρί-
τον*, id est, iudicarunt Israel, de Samuele ve-
rò *ἐδίκασε*, & filios eius à patre ad iudican-
dum constitutos, non *κρίτας* vt cæteros, sed
δικασάς appellarunt, & secundo Baruch di-
cuntur *οἱ δικασαὶ οἱ δικάσαντες ἰσραὴλ*.

Ergo horum Iudicum hæc præcipua au-
ctoritas fuit, vt iudiciorum, consiliorum, &
bellorum principatum tenerent. Ac lu-
dicij quidem potestatem in absoluendo, &
condemnando positam, hi sine minorum e-
tiam Iudicum consilio exercuerunt, quod
Moyfes ex soceri primum auctoritate in-
stituit, deinde lege sua Deus confirmavit, vt
supra demonstraui. exercuerunt au-
tem non solum in ijs vrblibus, in quibus ipsi
domicilium habuerunt (neque enim ea-
rum ætate Hierusalem sedes erat Imperij

constituta) sed etiam tribus ipsas circumie-
runt, ac certis in vrbibus conuentus, & fora
egerunt, ibique iurisdictionem, de qua di-
ximus, absoluerunt. Vnde scriptum est quar-
to Iudicum: *Deborah iudicabat populum illo tē-
pore, & sedebat sub palma inter Rama, & Be-
thel in monte Effraim, ascendebantq; ad eum fi-
lij Israëli in omne iudicium. & Septimo primi
Regum: Iudicabat Samuel Israëlem cunctis
diebus vite sue, & ibat per singulos annos cir-
cumiens Bethel, Galgala, & Masphat, & iudi-
cabat Israëlem in supradictis locis, reuertebat-
urq; in Ramatha, ibi enim erat domus eius, &
ibi iudicabat Israëlem. edificauit etiam altare
re Domino. Ius verò necis liberum habere ma-
quam habuerunt, quia in omnia se regem
sequuti sunt, qua deinde solati Reges fue-
runt.*

De potestate verò populi conuocandi,
& senatus habendi, atque ad vtrumque que
è repub. videbantur, agendi obseruatio ob-
scurior est. Quoniam autem id ius & Moy-
ses, & Iosue ante Iudices, & Reges post Iudi-
ces habuerunt, propterea & eo Iudices in-
structos fuisse, credibile est. Neq; enim hac
singula expressa sunt in eo libro, qui Iudicū
historiam continet, quòd ieiunè ad eò scrip-
tus sit, vt vix successionem eorum, ac bella
gesta quædam attigerit.

Iam verò, eos belli gerendi auctoritate armatos fuisse, argumento est, quod scriptum est de Iephte Iudice xj. *Perrexerunt seniores de Galaad, ut tollerent in auxilium sui Iephte, dixeruntq; ad eum, Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon.* Omnia certè bella, quæ Iudicum tempore contigerunt, ipsi Iudices, tanquam summi duces administrarunt, non tamen belli suscipiendi arbitriū habuerunt, alioquin reges ipsos potestate æquassent, q; postea cōsequuti sūt.

Ceterum hic principatus non fuit hæreditarius, sed studijs populi delatus, prout vir fortis indicatus à DEO fuit, quod expressum est ijs verbis, *Deus suscitavit eis Salvatorem.* Quare nec semper in eadem familia, nec semper in eadem tribu mansit. Cum autem scriptum est, Deum populo hunc, aut illum Salvatorem excitauisse, significat, Deum populo in mentem iniecisse, ut hunc, aut illum iudicem belli ducem designaret. Nam ad Gedeonem dixit angelus Domini: *Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israël de manu Madian, quasi virum unum.* & Seniores ad Iephte dixerunt: *Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon.*

Iudices autem fuerunt hi, Othoniel ex tribu Iuda, Aod ex tribu Efraim, Debora

ex tribu Efraim, cum Barac ex tribu Nephthalim, Gedeon ex tribu Manasse. Inde Abimelech filius Gedeonis per vim, occisis fratribus; sed à ciuibus suis delectus, post Thola ex tribu Issachar, tum Iair ex tribu Manasse trans Iordanem, itém Iephte, tum Hesebon ex Iuda, inde Ahialon Zabulonites, Labdon Efraimites, Sampson Danites, inde Heli, ac postremo Samuel, vterque Leuites.

De Regibus: CAP. III.

Udicibus inde successére Reges, qui ab eis longè diuersi fuerunt, quia & ratio creandi fuit alia, & potestas, atque auctoritas multo maior, vt quæ non tam à legibus, quam ab arbitrio & voluntate regis profecta sit; nam regem ipsi intellexerunt more Aristotelis, qui solutus legibus plenissimo iure regnaret. Quod autem ad creationem pertinet, creatus est primum suffragijs populi vniuersi, deinde oleo sancto inunctus, & in regali solio magna pompa locatus. Quod verò ad potestatem, primum xij. tribuum principatum obtinuit: sic enim dictum est Sauli: *Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, capui in tribubus Israël factus es, vixitq; te Dominus regem super Israël?* deinde iudicauit ipsas tribus & cum Consilijs, & solus.

lus, atque omnino vitæ, necisq̃ue potestatem arbitrariam habuit, & quodammodo superior legibus fuit, tum bella pro arbitratu suo & suscepit, & gessit. Hæc autem vt ordine doceam, historiam ipsam regiam à principio repetam, vt quid in Saule primo rege, quid in Dauide secundo, quid in Salomone tertio obseruatum sit, ex sacris voluminibus afferam. Quibus explicitis facile vnusquisque quæ à me proposita sunt, cognoscere poterit.

Cum ergo Deus à principio prouidisset, fore, vt Hebræi iudicibus, id est, Aristocrazia non contenti, regiam dominationem optarent, legem inter cæteras sanxit, qua vti Hebræi debèrent, si quando regis habendi cupiditate flagrassent, qua lege & rationem illius creandi, & creati iura præscripsit, his verbis Deuteronomij xvij. *Cum ingressus fueris terram, quam Dominus DEVS dabit tibi, & possidebis eam, habitauerisque in illa, & dixeris: Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues, quem Dominus DEVS elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus, cum autem fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec educet populū in Aegyptū equitatus numero subleuatus. præsertim cum*

Domis.

minus precepit vobis, ut nequaquam amplius
 per eandem viam revertamini, non habebit u-
 xores plurimas, quæ alliciant animam eius, ne-
 que argenti & auri immersa pondera. postquã
 sederit in solio regni sui, describet Deuterono-
 mium legis huius in volumine accipiens exem-
 plar a sacerdotibus Leuitica tribu, & habebit
 precium, legetq; illud omnibus diebus vite sue, ut
 discat timere Dominum Deum suum, & custo-
 dire verba, & iustificationes eius, quæ in lege
 precepta sunt: nec eleuetur cor eius in superbi-
 am super fratres suos, neque declinet in partem
 dextram, vel sinistram, ut longo tempore regnet
 ipse, & filij eius super Israël. Hanc verò legem
 sic reddidit Iosephus libro iij. Antiquita-
 tum: Si verò regis cupiditas vos incefferit, u-
 ex eadem gente sit, curam autem gerat iustitie,
 & aliarum virtutum omninò. Caveat verò, ne
 plus legibus, aut Deo sapiat. nihil autem agat si-
 ne pontificis, senatorumq; sententia, neque nup-
 tijs multis utatur nec copiam pecuniarum, e-
 quorumq; sedet. quibus partis super legu
 superbia efferatur. caveat etiam, si quid fluxu
 parauerit, ne utilitate vestra sit potentior. Hæc
 ille. Quod ergo prospexit Deus fore, ut He-
 bræi aliquando Regis desiderio caperen-
 tur, id accidit tempore Samuelis prophetæ,
 & Iudicis, ut enim scriptum est primo Re-
 gum, populo offenso. iniustus iudicis filio-

rum Samuelis Ioel, & Abia, quos ille iam ætate confectus pro se ius dicere iusserat, seniores Samuelem adierunt, atque ab eo regem poposcerunt, qui sibi iura moderaretur, quemadmodum ceteræ gentes habebant. Quibus verbis regem legibus superiorem, siue legibus scriptis solutum flagitarunt. Ea verò res his verbis tradita est: *Dixit seniores: Ecce tu seruisti, & filij tui non ambulat in vijs tuis. Constitue nobis regem, ut iudicet nos, sicut vniuersa habent nationes. Dissiluit sermo in oculis Samuelis, & orauit ad Dominum, dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi, non enim te absecerunt, sed me, ne regnem super eos. Veruntamen contestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaq; Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se regem, & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis. facietq; sibi equites, et præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, et ceteriones, et aratores agrorum suorum, et messorum segetum, & fabros armorum, & currum suorum, filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, & focarias, & panificas, agros quoque vestros, & vineas, & oliuetia optima tollet, & dabit seruis suis. sed & segetes vestras, & vinearum redditum addecimabit, ut des Eunuchis, & famulis suis.*

Servos

Servos etiam vestros, & ancillas, & iuvenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Reges quoque vestros addecimabit, vosque eritis eius serui, & clamabitis die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis Regem. Noluerantem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam. Sed rex erit super nos, & iudicabit nos sicut omnes gentes, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et Samuel retulit verba populi Deo. Dixit autem Dominus ad Samuelem. Audi vocem eorum, & constitue super eos regem, & ait Samuel ad viros Israel. Vadat unusquisque in civitatem suam. Interim vero duo præcipua, & legitima munera regis detexit, principatum inquam iudiciorum, & belli, cum dixit populus. Et iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Atque hæc quidem ad iura regis confirmanda, quibus Iudices superavit, satis valere possunt, de quibus etiam ante ex Aristotelis sententia diximus.

Nunc de electione, & vntione eius cetera subtexamus. His actis Samuel Saalem filium Cis de tribu Benjamin ad se profectum, dum amissas patris asinas indagaret, iussu Domini oleo vnxit, & osculatus est, dicens: Ecce vnxit te Dominus super hereditatem suam

*in Principem, & liberabis populum tuū de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. & ipsū se expectare iussit in Galgalis. Inde conuocauit populum in Masphat, vt regē deligeret, ibi oēs tribus coniecit in sortē. Et exijt tribus Benjamin, & tribus Benjamin forti cōmissa est, & exijt cognatio Metri, atque inde peruenit fortiendo vsq; ad Saulem filium Cis, & statim milit populus, qui Saulem domi asconditum conuenirent. atq; ex Masphat adducto, clamauit: *Vivat rex. Inde loquutus est Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino, & dimisit omnem populum, singulos in domum suam. Deinceps agit de consecrctione illius, q̄ vnctione fiebat, vnde rex Christus Domini sæpè dicitur, vt Psalmo xvij. Misericordiam faciens Christo suo David, & primo Regum xxiiij. Ne faciam hanc rem Domino meo CHRISTO Domini. Cum autem quidam se parituros Sauli negassent, dixit Samuel ad populum: *Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum, & perrexit omnis populus in Galgala, & unxit Samuel regē Saulem, & immolauerunt ibi victimas pacificas. Quod aut apud Latinum interpretem est, *Innouemus ibi regnum, Græcè est ἐγκαθίσταμεν. est aut ἐγκαθίστην non solum renouare, sed etiam consecrare ac dedicare. Vnde cōsecra-****

tio

tio Templi dicitur Encœnia, vt iij. primi Maccab. vbi scriptũ est: *Altare holocaustorũ eodem die renouatum est, quo fuerat profanatũ, græcè est ἐνκαίνισθη. id est, dedicatum est.* Vnde paullò post ἐγκαινισμός ab interprete dedicatio vertitur.

Saulem inde quòd contra instituta holocaustum, non expectato sacerdote, obtulisset, Deus reprobauit, & Dauidem filium Iesse ex tribu Iuda adhuc puerum, & pastorem Regem destinauit, misso Samuele domum Iesse, vt inspectis septem filijs eius illum demum inungeret. Ita Dauid minimus fratrum suorum rex inunctus ad Saulem regem, tanquam cytharœdus, accitus accessit, & post retentus, multa pro eo fortiter, ac strenuè gessit, præcipuè autem Goliathem gigantem Philistæum singulari certamine prouocantem perculit, ex quo inuidiam Saulis aduersus se concitauit, & propterea persecutiones eius varias tulit. Occiso inde Saule, Dauid iterum à viris Iudæ rex vnctus est in Hebron in tribu Iuda. Reliquæ verò tribus Israhel filium Saulis vnixerunt. quo deinde à suis interfecto, Dauid tertio super totum Israhel à cuncto populo vnctus est, vt scriptũ est deinceps quinto secundi Regum. *Venerunt uniuerse tribus Israhel ad Dauid in Hebron dicentes, Ecce nos os tuum. & caro tua in-*

mus. Venerunt quoque seniores Israël ad Regem in Hebron, & percussit cum eis fœdus coram domino, unxeruntq; eum Regem super Israël. Erat triginta annorum, cum regnare cœpit, & XL. annis regnavit in Hebron, super Iudam septem annis, & sex mensibus: in Hierusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israël, & Iudam. Vbi verò regnum accepit, Iebusæum, qui Hierusalem tenebat, armis vrbe deiecit, & arcem in monte Sion construxit, ibique habitavit, vnde Ciuitas Davidis appellata est, & arcam fœderis eò transtulit, & materiam templo ædificando parauit, & demum Salomonem filium regem sibi sublegit, eumque inungi præcepit, sic enim proditur primo tertij Regum: Dixit David ad Sadoc Pontificem, Nathan prophetam, & Banaïam. Tollite vobiscum seruos Domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gibon, ut unget eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in Regem super Israël, & canetis buccina, & dicitis. Uuat rex Salomon, & ascendetis post eum, & venietis, & sedebit super solum meum, & ipse regnabit pro me. illiq; precipiam, ut sit princeps super Israël, & super Iudam. Atque hæc omnia ita, vt iussit, effecta sunt.

Mortuo deinde Dauide regnavit Salomon, qui templum condidit, & Arcam in

Sancto Sanctorum reposuit, atq: opibus, & gloria omnes longè superauit, vt scriptū est in secundo Paralipomenon.

Salomone inde ex humanis rebus exempto conuocatus est Israel in Sichein, vt Roboam filium eius regem constitueret. Verum cum populus petisset, vt tributa à patre imposita tolleret, atque ille responsum acerbius reddidisset, decem tribus ab eo discesserunt, & Hieroboam filium Nabath ex tribu Efraim sibi Regem ascuerunt. Quare regnum in duo distractum est, vnum tribus Iudæ, cui etiam tribus Benjamin erat adiuncta, alterum decem aliarum tribuum, quod communi nomine regnum Israelis est vocitatum.

Regnum inde Iudæ semper in eadem tribu, & familia Davidis mansit, ita vt filio patris ipsam fermè reliquerit. Regnum autem Israel ad diuersas tribus, & diuersas familias transijt, quia in lege Dei non mansit, sed ad cultum idolorum se contulit. Quamquam autem regnum Iudæ hereditarium fuit, tamen populi quoque suffragijs confirmatum est. Vnde duodecimo tertij Regum: *In Sichein erat congregatus omnis Israël ad constituendum Regem Roboam. & vicesimo tertio: Habitatores Hierusalem constituerunt Ochoziam regem filium pro patre. sic in ceteris.*

Inter reges porrò Iudæ fuit Ioas, de cuius creatione, quoniam insignis ad memoriam fuit, hæc placet quoque ex vicesimo tertio secundi Paralip. promere: *Eduxerunt Ioam filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntq; in manum eius tenendam legem, & constituerunt eum regem, unxitq; illum Ioas pontifex, & filij eius, imprecati q; sunt ei, atq; dixerunt. Vivat Rex. & xxvj. Tulit populus terra Ioachaz filium Iosie, & unxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo.* Desijt inde regnum Israeliticum multò maturius, quàm Iudaicum, nam illud defecit in Osec, quem Salmanassar rex Assyriorum victor cum populo Israelitico in Assyriam transtulit. hoc verò multos post annos in Sedecia, qui à Nabucdonosore rege Babylonie in Babyloniam cum omnibus Iudæis traductus est.

Ex hac rerum expositione facilè cognosci potest, quomodo Iudæorum reges creati & quo iure ornati fuerint, & vt non solum hereditate, sed etiam suffragijs populi ad id fastigium dignitatis ascēderint, quod idem clarius etiam vnusquisq; cognouerit, qui reliquorum quoque regum, res gestas sigillatim attenderit.

Iudicauit porrò populum rex tripliciter, vno modo solus, vt xv. secundi Regū: *Omne*

virum, qui habebat neg: num, ut veniret ad Regis iudicium, vocabat Absalon ad se, faciebat- q; hoc omni Israe', veniente ad iudicium, ut au- diretur à Rege. Ita que diximus supra, Dau- dem cuncto populo. iustitiam, iudiciumq; fecisse. Quinetiam ipse David Salomoni re- gi sibi subiecto sic à Deo precatus est: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, iudicare populum tuum in iustitia, et pau- peres tuos in iudicio. neque id iniuria, nam psalmo xcvi. scriptum est: Iustitia & iudici- um, sunt throni DEI. & xcviij. Tu parasti directiones, iudicium, & iustitiam in in- Jacob fecisti.

Altero modo iudicauit Rex, cum vnà cum senioribus, & sacerdotibus iudiciale cõ- cilium inijt, vt supra ostensum est. Tertio, cum senioribus, & magistratibus aduocatis cognouit, ac iura dixit, vt paullò post demõ- strabitur, vbi de Principibus tribuum dis- feretur.

Senatum autem ab regibus habitum, & populum ad conciones vocatum supra de- claratum.

Nam bella eius arbitrato suscepta, & du- ctu gesta, libri ipsi Regum, Prætermisso- rumque ostendunt, qui regionum belle- rum expositionibus pleni sunt. Quibus il- lud additur, quod dixere Hebrei, postulan-

tes Regem: *Ei indicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis.*

*De Principibus Iudeorum, & Regibus
vlumis. CAP. IIII*

ATque Effraimitæ quidem nunquam postea patrias sedes repetiuerunt, nec potestatem regiam receperunt. Iudæi verò post septuaginta seruitutis annos, permissu Cyri regis Persarum domum ex Babylonia terra reuersi, Principatum, teste Iosepho, suis pontificibus mandauerunt, cum reges primum Persarum, deinde Aegyptiorum, tum Syrorum Iudæam cum imperio obtinerent, ac tributa à Iudæis exigent. Tum exorta inter domesticos de Pontificatu ipso seditione, Antiocho Epiphani Syriæ regi, libertate, ac religione orbati, per paucorum mensium spatium seruiuerunt. Qua indignitate permoti Assamonei, ex tribu Leui homines, rem Iudæorum armis, consilioque recuperarunt, ac primum nomen sibi Principis, deinde Regis ascieuerunt. Principem verò cum dixerunt, belli ducem, & litium iudicem intellexerunt. sic enim scriptum est secundo primi Maccabæorum, cum ad Matthatiam Principatum detulerunt: *Tunc descenderunt multi, quæren-*

ius iudicium, & iustitiam rectè, cui enim potestas iustitiæ, ac iudicij faciendi tribuitur, is Princeps, siue Archon declaratur. Matthatiam inde Principem excepit Iudas Macchabæus filius, qui Principatui pontificatum adiunxit, quem sequutus est Ionathas frater, de quo ita scriptum est: Nunc te hodie elegimus esse pro Iuda nobis in principem, & ducem ad bellandum bellum nostrum. & suscepit Ionathas illo tempore principatum. Inde Simo frater, de quo ita: Tu esto dux noster loco Iuda & Ionathæ fratris tui, pugna proclum nostrum, & omnia quæcunque dixeris nobis, facimus. Item paullo post: Iudei & sacerdotes eorum conseruunt, Simonem esse ducem suum, & pontificem in æternum, donec surgat propheta fidelis, ut & sit super eos dux. & ut cura sit illi pro Sanctis, & ut constitueret prepositos super opera, & super regionem, & super arma, & super presidia. & ut audiat ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione. & ut operatur purpura, & auro, nec liceat ulli ex populo, & ex sacerdotibus irrisum facere aliquid horum. & contradicere ijs, quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso, & vestim purpura. & ut si fibula aurea quis autem fecerit extra hæc, aut irrisum fecerit aliquid h-

ram, reuerit. Et complacuit omni populo statuere Simonem, & facere secundum uerba ista. Et suscepit simon, & placuit ei, ut summo sacerdotio fungeretur, & esset dux, & princeps gentis Iudeorum, & sacerdotum, & praesesset omnibus. & scripturam istam dixerunt ponere in tabulis aeneis, & ponere eas in peribulo Sanctorum, in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in arariis. ut habeat Simon, & filij eius. Demetrius inde rex Syriae remisit eis omnia tributa. Atque ita Iudaei proflusim antiquam sub regibus suis libertatem sunt vindicati. qua de re sic in eodem libro: Remittimus ignorantias, & peccata usque in hodiernum diem, & coronam, quam debebatis, & si quid aliud erat tributarium, & sit inter nos pax. Inde sic infertur: Anno centesimo septuagesimo ablatam est iugum gentium ab Israel, & cepit populus Israel scribere in tabulis, & Aedibus publicis anno primo sub Simone pontifice, duce, & principe Iudeorum. Inde Antiochus Demetrij filius alia iura adiunxit, sic scribens. Statuo tibi omnes oblationes, quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quaecumque alia dona remiserunt. Etiam promitto tibi facere percussuram propriam numismatis in regione tua, Hierusalem autem sanctam esse, & liberam, & omnia arma, que fabricata sunt, & praesidia, que construxisti, que tenes, mane-

antibi, & omne debitum regis, & que sunt futura regi, ex hoc etiam in totum tempus remittuntur tibi.

Successit inde Simoni Iohannes filius, & Iohanni Aristobulus, qui, vt inquit Iosephus, Principatum ad Regiam dignitatem pro- uexit, primusque sibi diadema imposuit, post cccclxxj. annos, & tres menses, ex quo captiuitate Babylonica populus exemptus, domum repetiuit. Post Aristobulum inde frater eius Alexander Ianneus à Solina, siue Alexandra Aristobuli coniuge, quæ illi se connubio sociarat, euectus est. Quo vita fû- cto, ipsa Alexandra regnum obtinuit, & post eam Hyrcanus filius, quem frater eius Aristobulus expulit. Pompeius autem dux Romanus, cum bellum Mithridaticum ge- reret, Syria in potestatem redacta, atque Aristobulo rege capto, Iudæam occupauit, & in prouinciæ formulam redegit, atque ei procuratorem Antipatrum Ascalonitam imposuit. Cum autem mox Antigonus Aristobuli filius vrbe recepta, regnum rursus inuasisset, Romani aduersus eum Hero- dem Antipatri filium regem appellaue- runt, qui magnis rebus gestis decessit, ac re- gni partem filio reliquit Archelao. Hoc Herode regnante Iesus Christus ismpri- dem à DEO promissus est natus. Arche-
lao

lao inde Viennam ob immodica imperia re legato, ab Augusto Imperatore Iudæa iterum in prouinciæ formulam est adducta, & procuratoribus commissa. Quare mox Pontio Pilato procurante, Christus est crucifixus. Inde Agrippa Herodes Aristobuli filius. Herodis N. à Claudio imperatore rex Iudææ appellatus est, quo mortuo tertium Iudæa prouinciali more à procuratoribus Romanis administrata est. quo tempore imperante Vespasiano, & Gessio Floro procurante, vrbs cum gente, & templo deleta est. Nomina verò regum, & Principum hæc fuerunt.

Reges Iudæ, & Israel.

SAVL	{ rex primus, filius Cis ex tribu Benjamin an. 10.
DAVID	Iesse F. ex tribu Iuda. an. 40.
SALOMON	Dauidis F. an. 40.

Reges Iudæ ex familia Dauid.

ROBOAM	Salomonis F. an. 17.
ABIA	Roboami F. an. 3.
ASA	Abiæ F. an. 4.
IOSAPHAT	Asæ F. an. 25.
IORAM	Iolaphat F. an. 8.
OCHOSIAS	Iorami F. an. 1.
ATHALIA	vxor Ioram. an. 7.
IOAS	Ochoziæ F. an. 40.

AMASIAS Ioz.F.an.29.

AZARIAS, siue Ozias Amasiz F.an.5.

IOATHAM Azariæ F.an.16.

ACHAZ Ioathæ F.an.16.

EZECHIAS Achazis F.an.29.

MANASSES Ezechiz F.an.15:

AMMON Manassis F.an.2.

IOSIAS Ammonis F an.31.

IOACHAZ Iosiz F. mens.3.

ELIACIM, siue Ioacim Iosiz F an.11.

IOACHIM, siue Ieconias Ioacim F. més.3

SEDECIAS Iosiz F. an.11.

Transferuntur Iudæi in Babyloniam, & post annos LXX. restituti parent pontificibus suis, inde Principatus Assamoneorum instituitur sub Antiocho Epiphane Syriæ rege.

Principes.

MATTHATIAS Assamoneus an.1.

IVDAS Maccabæus Matthatiæ F.an.4

IONATHAS Matthatiæ F.an.18.

SIMON Matthatiæ F.an.8.

IOANNES Hyrcanus Simonis F.an.36.

Reges iterum.

ARISTO- { Io. Hyrcani F. regem ap-

BVLVS. { lauit.an.1.

ALEXAN- { Ianneus Io. Hyrcani F.

DER { an.27.

SOLINA { seu Alexandræ, vxor Ale-
andri. an. 9.

HYRCANVS Alexandri F. mens. 7.

ARISTO- { Alexandri F. pulso Hyrca
BVLVS { no fratre, an 6.

Iudæa sub Romanis.

ANTIPA- { Ascalonita iudææ procu-
TER { rator. an 3.

Reges Tertium.

ANTIGO { Aristobuli F. erepta vrbe
NVS { Romanis, vltimus ex
Assamoneis, an. 3.

HERODES { Magnus Antipatri Ascalo-
nite F. rex à Roman. cōtra
Antigonum factus. an. 37.

Iesus Christus nascitur.

ARCHE- { Herodis Magni F. rex Iu-
LAVS { dææ an 9. Herodes Anti-
pas frater tetrarcha Gali-
lææ. an. 14.

Iudæa iterum sub Romanis.

C. COPONIVS procurator iudææ ab Au.

M. AMBIVIVS item. an. 1 (gust. datus an. 2

ANNIVS RVFVS item an. 1.

VALERIVS { proc. à Tiberio Imper.

GRATVS { missus. an. 11.

PONTIVS PILATVS item. an. 10.

Iesus Christus patitur.

MARCELLVS item. an 3.

Reges Quartum.

AGRIPPA Herodes } Aristobuli F. He-
 } rodus Magni N. rex
 } Iudææ à Caio Imp.
 } f. An. 10.

Iudæa sub Romanis Tertium.

CVSPIVS } Fadus procurator à Claudio
 } Imp. missus. an. 3.
 TIBERIVS Alexander item. an. 3.
 CVMANVS Item an. 3.
 ANTONIVS Felix item an. 3.
 PORCIVS Festus à Nerone missus, an. 3.
 ALBINVS Item. an. 3.
 GESSIVS Florus item an. 3.

Vrbs Hierusalem cum Templo
 à Tito Cæsare evertitur Imp.
 Vespasiano patre.

*De Principibus tribuum, seu Philarchis.**C A P. V.*

SEcunda Resp. principes tribuum, & fa-
 miliarum complexa est. de quibus de-
 inceps differendum est. Principes autem
 tribuum fuere, qui singulas tribus duxe-
 runt, earumque rationes administrarunt.
 Quare vt duodecim tribus, sic duodecim
 earum principes, exiterunt, quibus nomi-

natis Numerorum quinto sic additur: *Hi sunt, quos Numerauerunt Moyses, & Aaron, et duodecim principes Israël singulos per domos cognationum suarum. & quarto: Recensuerunt Moyses, & Aaron, & principes synagoga filios Cabat. & tertiodecimo: Egressi sunt Moyses, & Eleazar sacerdos, & omnes Principes synagoga.* Synagoga enim est vniuersi populi concio. & Iosue xxij *Miserunt ad filios Ruben & Gad decem principes, singulos de singulis tribubus.* Quoniam autem tribus φυλαῖ dictæ sunt, propterea Principes earum à LXX. interpretibus *φύλαρχοι ἀρχίφυλοι ἄρχοντες, & ἀρχηγοὶ τῶν φυλῶν* dicti sunt, atque iidem etiam Principes Israel appellati. Nam vj. Numerorum, vbi Latina translatio habet, *principes Israël,* Græca refert, *duodecim Principes Israël, Principes tribuum.* Vnde Philo dixit in libro de profugis: *Principes generis duodecim sunt, qui Phylarchi dicuntur.* Licet autem xxvij. primi Paralipom. duo principes nominentur tribus Manassis, & vnus princeps tribus Leui, quibus adiunctis essent quatuordecim, rotundus tamen numerus magis celebratur, nempe duodecim.

Hi verò hæc consecuti iura sunt. Astitere lateribus regis, & cum eo sedentes, partim consilia inierunt, partim ius singulis tribubus reddiderunt, & cum rege se obligarunt,
liquid

siquid iureiurando publico sanciendum p̄-
 tarunt. De illis ad consilium adhibitis hæc
 sunt documento: Numerorum xxx *Loquun-
 tus est Moyses ad Principes tribuum filiorum
 Israël. & quinto Deuteronomij: Accessistis
 ad me omnes principes tribuum, & Seniores.
 & xxxj. Aduocate ad me Phylarchos vestros,
 & Seniores vestros.* Latinus autem minus ap-
 tē: *Congregate ad me omnes maiores natu per tri-
 bus vestras. & xxix. Vos statis hodie cuncti co-
 ram Domino Deo vestro Principes vestri, &
 tribus, & maiores natu.* Græcè ἀρχίφυλοι, &
 xxvij primi Paralip. *Congregauit David rex
 omnes Principes Israël, duces tribuum. & quin-
 to secundi: Conuocauit Salomon rex omnes Se-
 niores Israël, & omnes Princ: pes tribuū. & octa-
 uo tertij Regum: Congregati sunt omnes Senio-
 res Israël cum principibus tribuum.* Huc autē
 alludit etiam David, cum de se rege creato
 loquens dixit *Quis, sicut Dominus Deus no-
 ster, qui in altis habitat, & humilia respicit in
 cælo, & in terra. Suscitans à terra inopem, &
 de stercore erigens pauperem, ut collocet eum
 cum principibus, cum principibus populi sui, id
 est, ut sedere regem faciat inter duodecim
 principes tribuum illi assidentes.* Sic enim
 Græcè sonat.

De iure autem ab eis reddito hæc erunt
 testimonio. Psal. cxxj. vbi agitur de Hieru-
 salem

salem, quæ restituta post cladem Babylonî-
cam erat: *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus*
Domini, testimonium Israël, ad confitendū nomi-
ni Domini, quia illic sederunt sedes in iudicio, se-
des super domum David. Quo eodem alludit
etiã Isaias iij. *Sed iam stabit ad iudicium Domi-*
nus, & sistet ad iudicium populum suum, ipsa
Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus
populi, & cum principibus eius. & xxxij. *Eccē*
rex iustus regnabit, & Principes cum iudicio
imperabunt. Habuerūt autem singuli sedem
suam, vnde ius suæ quisque tribui dixit.

Quod clarissimè docuit Christus, cum huc
intuens dixit, se, tanquam regem, in cælesti
throno maiestatis sessurum, duodecim autē
apostolos, tanquam duodecim phylarchos,
sup sedes duodecim, ipsas duodecim tribus
iudicaturos, neq; enim aliò, quam ad vete-
rem Hebræorum remp. respexit, q̄ Davidis
tempore floruit: sic autem dixit Matth. xix.
Amen dico vobis, quòd vos, qui sequuti estis me,
in regeneratione, cum sederit filius hominis in se-
de maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duo-
decim, iudicantes duodecim tribus Israël.

Locum autem his Iudicijs tributum in tē-
plo à Salomone, apparet ex septimo tertij
Regum, vbi scriptum est: *Porticum quoq; fa-*
cit, in qua tribunal est, & domuncula, in qua se-
debat ad iudicandum, erat in media porticu.

Græcus enim interpretis habet pro tribunali thronos, id est sedes, & locum ipsum vocat *κρίθριον*, id est, iudicatorium.

De iureiurando porrò liquet ex Iosue nono decimo: *Iosue fecit fœdus cum Gabaonitis iurans, & simul principes synagoga*, id est, populi. Ceterum decem tribubus ab ipso reipub. corpore auulsis, ac postmodum in Assyriæ regiones translatis, Iudæi tamen ipsum duodecim principum tribuum numerum, vt etiam LXX. seniorum, retinuerunt. Ostendit locus sexto primi Esdræ: *Iudei Babylone reuersi, duodecim hircos sacrificant, pro peccatis totius Israël, iuxta numerum tribuum Israël*: in septimo verò tertij, vbi eadem res refertur, inquit: *iuxta numerum phylarchorum, id est, principum tribuum Israël.* & sequenti: *Et separaui ex Phylarchis, & sacerdotibus duodecim viros.* Quare meritò Christus etiam dixit, *Apostolos, tanquam xii. Phylarchos, duodecim tribus iudicaturos.* Vt autem hi Principes Concilij participes essent, supra ostensum est.

De Principibus Familiarum, seu Patriarchis.
CAP. VI.

PRincipibus inde tribuum adhesere Principes familiarum. Vt autem quinam hi sint, cognoscatur, prius quæ familiæ dicte
sint,

sint, cognoscendum. Vt ergo populus Israelitarum in xij. tribus fuit diuisus, sic singule tribus in multas familias, atque vt totus populus nomen accepit ab Israele, & singule tribus à filijs Israelis, sic singule familiæ à nepotibus eius. Has verò familias Latinus interpres nominibus diuersis expressit. Nā generationes gentes, cognationes, domos, & familias vertit pro quibus Græcus habet γενέσεις, συγγενείας, δήμους, εἰκῆσ, & πατριάς, vt primo Numerorum: *Capite summam congregationis filiorum Israël: secundum cognationes eorum, & domos familiarum eorum. De Ruben per generationes, & familias, & domos suas, & nomina capitum singulorum numerati quadraginta millia quingenti.* Nomina verò familiarum, quæ ex singulis filijs Israelis manarunt, hæc xxvj. Numerorum traduntur.

Ex Ruben Henochitæ, Phalluitæ, Hefronitæ, Charmitæ. Ex Symeon Namuelitæ, Iaminitæ, Iachinitæ, Zareitæ, Saul tæ. Ex Gad Sephonitæ, Aggitæ, Sunitæ, Oznitæ, Heritæ, Aroditæ, Arielitæ. Ex Iuda Selaite, Pharesitæ, Zareitæ, Hefronitæ, Hamulitæ. Ex Issachar Tholaitæ, Phuaisæ, Iasubitæ, Semranitæ, Ex Zabulon Sareditæ, Elonitæ, Ialelitæ, Ex Manasse Machiritæ, Galaaditæ,

Iezeritæ, Helecitæ, Afrielitæ, Sechemitæ, Se-
 midaitæ, Hopheritæ. Ex Effraim Suthalai-
 tæ. Becheritæ. Thehenitæ, Heranitæ. Ex
 Benjamin Belaitæ, Asbelitæ, Achiramitæ,
 Suphamitæ, Huphanitæ, Hereditæ, Noema-
 nitæ. Ex Dan Suhamitæ. Ex Aser Iemnaite,
 Iessuitæ. Brieitæ, Heberitæ, Melchielitæ. Ex
 Nephthali Iesielitæ, Gunitæ, Ieseritæ, Selle-
 mitæ. Ex Leui Gersonitæ. Cahatitæ, Mera-
 ritæ. Hinc scriptum est leptimo Iosue: *Congregamini omnes mane per gentes, & quancun-
 que tribum ostenderit dominus, producetis viri-
 um. Et mane surrexit Iosue. produxitq; populum
 per tribus suas, ostensaq; est ei tribus Iuda, &
 productus est per cognationes Iudas, ostensaq; est
 ei cognatio Zare, & producta est cognatio Za-
 re. & ostensa est familia Zabdi virum. & xix.
 Exijt fors prima filiorum Benjamin per famili-
 as. Exijt fors secunda filiorum Simeon per cog-
 nationes suas. & xvij. Iudicum: Fuit adolescens
 in Bethleem Iuda ex cognatione populi Iuda.
 & x. primi Regum: State coram Domino per
 tribus vestras, & familias, & produxit Samu-
 el omnes tribus Israël, & exijt fors tribus Benia-
 min, & produxit tribum Benjamin, & cogna-
 tiones eius, & exijt cognatio Mattari, & perue-
 nit vsq; ad Saulem filium Cis.*

Hæ igitur familiae Israelitarum, quæ in
 solitudine floruerunt, quarum alię postea in-
 terierunt,

terierunt, aliæ succreuerunt, siquidem inter alias in tribu Iuda fuit familia David, quæ postea est exorta, vnde ipse dixit primo Paralip. xxviii *Deus de Iuda elegit principes, porò de domo Iuda, domum patris mei.* Perierunt autem omnes fermè ex decem tribubus in Assyriaco exilio, conseruatæ autem sunt reliquæ in Babylonico, vnde regressæ domum populum Iudæorum restituerunt.

Hac diuisione sic constituta, familias, siue quo alio nomine voces, partes tribuum esse, sequitur, vt, quemadmodum aliqui fuere principes tribuum, sic quidam etiam extiterint principes familiarum, qui item varijs nominibus appellati sunt, *Διμαρχοι, ἄρχοντες τῶν γενέσεων, siue συγγενῶν, πατρι-ἀρχαι, ἀρχιπατριῶται, ἄρχοντες τῶν πατριῶν, & τῶν οἴκων,* id est principes populorum, generationum, cognationum, familiarum, & domorum, atque vno nomine Patriarchæ. Horum verò etiam mentio frequentissima est, vt Numerorum primo: *Eruntq; nobiscum principes tribuum, ac domorum in cognationibus suis. & vj. Obiulerunt principes Israël, et capita familiarū, qui erant per singulas tribus, præfecti earum, qui numerati fuerunt. & xxxvj. Accesserunt principes familiarum Galaad, locutiq; sunt Moysi coram Principibus Israël.*

& Iosue xiiij. *Principes familiarum per tribus Israël & xix. Hæ sunt possessiones, quas sorte diuiserunt principes familiarum, ac tributum filiorum Israël in Silo. & xxj. Accesserunt principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & ad Iosue filium Nun, ad duces cognationum per singulas tribus.* Græcè ἀρχιπατριῶται, & ἀρχίφυλοι πατριῶν. & primo Paralipomenon xxiiij. *Dimisit filius Eleazar principes per familias sexdecim, et filius Ithamar per familias et domos suas octo. & 8. loquēs de Beniamitis: Hi sunt patriarche, & cognationum principes, qui habitauerunt in Hierusalem. Hæ Genus quæ fuerint familiæ, & qui principes familiarum, sit dictum.*

Officium verò eorum, (nam hoc explicandum relinquitur) fuit, vt familias, quibus præerant, conuocarent, ad easque referrent, quæ ad remp. pertinerent, & duces earum in bello essent, prætereà à regibus & ad consilia & iudicia peragenda adhibiti sunt. De relatione liquet ex eo quòd soli ex omnibus magistratibus in exilio Babylonico principatum suum aliqua ex parte retinuerunt, vt cum familijs quisque suis agerent, quæ è repub. essent. Quare cum populus factus ex Babylonia reducendus, soli principes familiarum appellati, atque exciti per tribus dicuntur, quæ tres tantum erant Iuda-

Beniamin, & Leui, vt in tertio Esdræ proditum est, vbi variè in Græca historia nominantur. nam cap. ij scribitur: *Archiphylis familiarum Iude, & Benjamin & sacerdotes, & Leuite conuocati sunt. & v. Electi sunt, ut ascenderent duces domorum familiarum secundum tribus suas.* Item: *Hac nomina sunt eorum, qui ascenderunt secundum familias suas ad principatum partis, id est, μεγιστάρχων.* Item: *Qui president in familijs.* Item: *Qui precedunt in familijs suis.* Quam sententiam Latinus interpres non expressit, pro familijs pagos reddens at verò vij. Nehemiæ scriptum est: *Et congregati sunt principes familiarum, uniuersi populi sacerdotes, & Leuite ad Esdram scribam, ut interpretaretur eis verba legis.* Deductu militari apparet ex eo, quòd, vt post dicitur, in exercitu tribuni militum fuere Patriarchæ. Principes autem familiarum ad consilia à regibus fuisse adhibitos, elicitur ex quinto secundi Paralipomenon, in quo scriptum est: *Conuocauit Salomon rex omnes seniores Israël, & omnes principes tribuum, & prefectos familiarum filiorum Israël. ad iudicia verò ex capite xix. Iosaphat rex constituit Leuitas, & sacerdotes, & patriarchas ex Israël, ut iudicium, & causam Domini iudicarent.*

De Principibus Ciuitatum Tribunis, Centurionibus, Quinquagenarijs, & Decanis.

CAP. VII.

TERTIA verò Resp. quæ singularum ciuitatum descriptionem continuit, proprios cuiusque ciuitatis magistratus, siue principes habuit. Vt enim post tribus sequuntur familiæ, quæ partes earum fuerunt, sic familias excipiunt ciuitates. in quas partes familiarum coniectæ sunt, vt enim supra diximus, singulæ tribus multas nactæ sunt ciuitates, in quas ipsæ eius tribus familiæ dispertitæ sunt. Ciuitatibus verò qui præfuerunt, ij principes ciuitatum vocati, vt nono Iudicum, vbi de Effraim vrbis Sicima agitur. *Zebul princeps ciuitatis auditis sermonibus Galaad iratus est. & mox. Erat turris excelsa in media ciuitate. ad quam confugerunt simul viri, & mulieres, & omnes principes ciuitatis & vicesimo quarto. Ioseph princeps ciuitatis. id est, vnus ex principibus ciuitatis.*

Hi verò principes multi fuerunt, nempe Chiliarchi, ecatontarchi, pentecontarchi, & decadarchi, ad id instituti, vt consilijs, iudicijsque præessent. Quare aliquando Principes ciuitatum, aliquando Principes Iudicum dicti sunt. Septenos autem in singulis ciuitatibus fuisse, Iosephus adiecit.

Chiliar.

Chiliarchi porrò fuere præfecti mille hominum, ecatontarchi centum, pentecontarchi quinquaginta, decadarchi decem. quos Latinus interpres more Romano vertit tribunos, & centuriones, quinquagenarios, & decanos.

Hos Moyses primum instituit in Deserto, ac populo, & Iudicibus præesse iussit primum consilio Iethro soceri sui, deinde etiã iussu Dei. Consilium datum est octauo decimo Exodi, repetitum verò à Moysè primo Deuteronomij, loco ante citato: *Dixi vobis illo tempore: Non possum sustinere negocia vestra, & pondus, & iurgia, date ex vobis ipsis viros sapientes, & gnaros, & prudentes in tribus vestris, ut ponam eos præesse vobis. Et respondistis mihi: Bona res est, quam facere vis. sumpsiq; ex vobis viros sapientes, & gnaros, & prudentes, et cõstitui eos præesse super vos chiliarchos, & ecatontarchos, & pentecontarchos, & decadarchos, & grammatoisagogeos iudicibus vestris.* Hæc nunc ex Græca versione expressa sunt, quæ aliquando clarior est, quàm Latina. Cum autem inquit: *Constitui præesse vobis chiliarchos, & ecatontarchos, & pentecontarchos, & decadarchos,* vnum principatum eorum in populum declarauit. Cum autem addidit, *& grammatoisagogeos iudicibus vestris,* alterum principatum eorundem

In iudices indicauit. Ex quo efficitur, officium eorum fuisse duplex, vnum, vt Consilijs ciuitatum præessent, alterum, vt Iudicij. Cæterum cum priore munere fungebantur, senatum conuocabant eius ciuitatis, in qua erant, eumque de rebus publicis consulabant, atque eatenus principes ciuitatum appellabantur; cum posteriore, ad aliquot eorum senatorum, tanquam ad legitimos iudices causas iudicandas introducebant, atque eo tempore Iudicum Principes, & Grammatosagogei, siue litium introductores nominabantur. Hanc verò doctrinam nobis præstantius Græca, quàm Latina tractatio, reddit. Quod ex utriusque collatione liquebit. De Principibus Iudicum sic Exodi xvij. *Moses electis viris strenuis de cuncto Israël constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicarent plebem omni tempore.* & primo Paralip xxvij. *Conuocauit Dauid omnes principes Israël, duces tribuum, & prepositos turmarum.* Græca autem plenius: *Conuocauit omnes Principes Israël, Principes iudicum, & tribuum, & omnes Principes divisionum ephimeriarum.* De Grammatosagogeis sic primo Deuteronomij *Constitui principes tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos singula:*

& xvj Iudices, & magistros constituens tibi in omnibus ciuitatibus tuis. & Deuteronomij xxix. Vos statis hodie coram Domino DEO vestro Principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque doctores. & xxxj Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores. & xxij Iosue. Vocauit omnem Israhel, maioresq; natu, ac Principes, duces, & magistros. & xxiiij. Vocauit maiores natu, & Principes, & duces, & magistros. Hæc autem eadem in Græca translatione sic expressa sunt: Constitui præesse grammatoisagogos iudicibus vestris. Item: Iudices, & grammatoisagogos constitues tibi in omnibus ciuitatibus tuis. Item: Vos stetitistis hodie coram Domino Deo vestro archiphylæ vestri, & senatu vestro, & iudices vestri & grammatoisagoge vestri Item: Adoucate ad me omnes phylarchos vestros, & seniores vestros, iudices vestros, et grammatoisagogos vestros Item: Vocauit omnem Israhel, seniores, Principes, & iudices, & grammatos. Item: Vocauit Seniores, & Principes, & iudices, & grammatos. Ex quibus apparet, sine dubio magistratum fuisse vnum, qui iudicibus præpositus grammatoisagogeus dictus fuerit. Qui verò hi γραμματοεισαγογεις fuerint, adhuc parum conuenit, vt video fuit. Cæterum S. Augustinus in secundo Questionũ super Exodum sic scriptum reli-

*Quos autem dicat γραμματικοὶ αἰγυπτῶν post de-
 cisiones, non facile sciri potest quoniam hoc no-
 men in nulla usu habemus vel officiorum, vel ma-
 gisteriorum. Nam quidam doctores interpre-
 tati sunt, ut intelligantur utique literati qui in-
 troducunt in litteras sicut resonat Grecum vo-
 cabulum. Hoc sanè significatur, quòd ante le-
 gem datam habuerunt Hebraei litteras. quæ quã-
 do cœperint esse, nescio. utrum valeat indagari.
 nonnullis enim videtur, à primis hominibus eas
 cœpisse. & perductas esse ad Noe, atque inde ad
 parentes Abrabæ. & inde ad populum Israel,
 sed unde hoc probari possit, ignoro. Et libro
 xvij. cap. xxxix de ciuitate Dei: Denique
 Moyses in populo constituit, qui docendis litteris
 præessent, priusquàm diuina legis vllas litteras
 nossent. Hos appellat scriptura grammatoisaga-
 gogos, qui latine dici possunt, litterarum in-
 ductores, vel introductores, eo quòd eas indu-
 cant, vel introducant quodammodo in corda di-
 scientium, vel potius in ip'sos, quos docent Ex his
 videtur S. Augustinus grammatoisagogos
 accepisse pro grammaticis, qui populum li-
 teras docuerint, quòd eodem allusisse trala-
 tio antiqua videtur, cum vertit, doctores, ma-
 gistros, & qui docerent omnia.*

Quoniam verò hi non omni populo, vt
 sentire videtur S. Augustinus, doctores cõsti-
 tuti sunt, sed ex locis supra allatis iudicibus

tantummodo, propterea rectius grammatoisagogei erunt Doctores, & magistri ludicum. Quæ expositio si cui fortasse minus arriserit, is paulisper ab ea recedendo dicere poterit, Grammatoisagogeos fuisse, non qui litteras iudices docerent, sed qui causas ad eos introducerent, & principatum, vt diximus, in eos tenerent. Hoc autem innuere videtur lex DEI supra posita: *Iudices, & grammatoisagogeos constitues tibi in omnibus ciuitatibus tuis, & iudicabunt populum iusto iudicio* Quam sic explicuit Iosephus: *Imparent in singulis ciuitatibus septem viri virtute, & iustitia studio eminentes, unicuique verò Principi duo viri ministri dentur ex tribu Leui.* Item tertio Esdræ: *Constituere iudices, & presides, qui iudicent omni populo.* præfides, id est iudicij moderatores.

Hi verò illa erant auctoritate ornati, vt causas, quæ ad se deferrentur, recipere, & reijcere possent, & quas recepissent, ad iudices introducerent. Vnde dixit Isaias capite primo: *Principes omnes diligunt munera, sequuntur retributiones pupillo non iudicant, & causa vidue non ingreditur ad illos.* Græcè hoc quoque loco apertius, & aptius: *Et litens viduarum non accipiunt.* Hanc verò vocem LXX. interpretes ab Atheniensibus acceperunt, qui similes magistratus habuerunt, quos

quos εἰσαγωγῆς τῶν γραφῶν appellarunt. pro
 ut nos latius in libris de repub. Atheniensi
 um scripsi mus, ita vt quas illi γραφῆς vocāt,
 hi γράμματα verterint. Fuere enim magi-
 stratus, qui causas, seu accusationes ad iudi-
 ces ei iudicio destinatos introduxerunt.
 Qua locutione vsus est etiam Cæsar libro
 primo Belli Ciuilis. *Quasunque, inquit, con-
 trouersias inter se milites habuerunt, sua sponte
 ad Cæsarem introduxerunt.*

Quæ si ita sunt, sanè ordo actionis, vt su-
 pra diximus, sic constitutus fuisse videtur.
 Qui litem alicui intendere cupiebat, is ad-
 uersarium ad aliquem horum Principum
 adducebat, & quodammodo in ius rapie-
 bat: qui si litam aut nomen recepisset, rem
 ad iudicium introducebat. Iudices verò co-
 gnita causa aut absoluebant reum, aut dam-
 nabant: damnatum autem exactori trade-
 bant, qui illum in carcerem conijciebat, re-
 us verò ibi manebat, donec solueret. Vnde
 Christus dixit xij. apud S. Lucam: *Cum va-
 dis cum aduersario tuo ad principem, in via da
 operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iu-
 dicem, & Iudex tradat te exactori, & exactor
 mittat te in carcerem, vnde non exhibis, nisi ad v-
 num quadrantem persolueris.* Fuere ergo tri-
 buni, centuriones, quinquagenarij, & deca-
 ni magistratus, qui inter cætera ipsorum
 munera

munera Iudicibus præpositi causas ad eos introduxerunt, & fortasse etiam docuerunt, quod hodie quoque Venetijs faciunt, quos aduocatores Communis dicunt. Unde scriptum est primo secundi Paralipom. *Præcepit Salomon vniuerso Israël tribunis, & centurionibus, & Iudicibus.*

Tertium inde horum Principum munus fuit, vt à rege aduocati cum eo, & ceteris Principibus de rebus publicis consultarent, & cum eodem quasdam etiam causas iudicaret. De consilijs hæc testimonio sunt. quæ supra in aliam sententiam quoq; prolata sunt. Deuteronomij xxix. *Vos constitistis hodie cuncti coram Domino Deo archiphylæ vestri, & senatus vester, & iudices vestri, & grammatois, agogei vestri & 31. Aduocate ad me phylarchos vestros, et grāmatois agogeos vestros.* & xiiij. primi Paralip. *David de reducenda arca consilium cum tribunis, & centurionibus, & vniuersis Principibus inijt. & xxxviiij. Vocauit David omnes magistratus Israël, Principes Iudicum, & tribuum. & primo secundi: Salomon aduocauit inter ceteros Principes tribunos, ac centuriones, iturus ad sacrificium faciendum.* De iudicijs significatur xxix. eiusdem libri Paralip. *Ezechias Rex aduocauit omnes Principes Hierusalem, & ascendit in domum Domini.* Item apud Hieremiam xxxvj. *Cum*
Mi-

Micheas detulisset ad Principes sedentes in domo regis ad Gazophylacium, se audisse Baruch legentem vaticinium Hieremia de excidio proximo urbis. Principes Barucho accito mandarunt, ut librum legeret. quo audito obstupescati, ad regem Ioachim accesserunt, remq; totam exposuerunt, regique cupienti volumen illud exuri, aliquot e Principibus restiterunt, sed nihil profecerunt. Item xxxvij. Comprehendit Ieremias Hieremiam, quasi fugeret ad Chaldaeos, & adduxit ad Principes. Quamobrem cuncti principes Hieremiam cesum miserunt in carcerem. deinde dixere regi: Rogamus, ut occidatur homo iste. Quibus Sedecias rex. Ecce in manibus vestris, nec enim fas est, regem vobis quidquam negare. & xvij. secundi Paralip. Rex Achab misit Micheam ad Ammon principem Ciuitatis, ut eum in carcerem traderet. & xx. S. Luc. Miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, & traderent eum principatui, & potestati praesidis. Principatum enim cum dixit, magistratus Iudæorum intellexit, cum praesidē, Roman. procuratorē.

Si ergo vnus ex Principibus ciuitatis fuit Chiliarchus, id est, princeps mille hominū, hinc declaratur locus insignis apud Micheā prophetam de Bethleem, vbi. & vnde Christus erat oriturus. ca. v. Et tu Bethleem Ephraim parvulus es in millibus Iuda, ex te mihi egrediantur

dietur, qui sit dominator in Israël. apertius autem Græcè: *Et tu Bethleem domus Ephraim parvulus es, ut sis in milibus Iuda, ex te mibi exhibit, ut sit in principem Israëlis.* hoc enim significat. Tu Bethleem, licet parua vrbs addeò sis, vt mille homines non habeas, & præfectum mille hominum, siue Chiliarchum, creare non possis, tamen ex te exhibit Christus archon, id est, princeps non solum ciuitatis vnus, sed etiam totius Israel.

De Scribis, id est, Notarijs: CAP. VIII.

IAM verò Scribas fuisse iuris peritos, qui legem populo interpretarentur, Græcè *γραμματεῖς* appellatos, supra scripsimus, cum de religione tractauimus. Nunc illud necessariò addimus, scribas quoque fuisse homines, qui scriptum fecerunt, ac scribendò operam magistratibus, populo, & senatui præstiterunt. Scriptum fecisse, docet psalmus xliiij. *Lingua mea calamus scribae velociter scribentis.* Et Hieremias xxxvj. vbi inquit, se dedisse prophetiam suam scribendam, & recitandam Baruch scribæ, regem autem Ioacim, vbi illam audiuit, ipsam scalpello ipsius scribæ discidisse. Et viij. vbi dixit: *Verè mendacium operatus est stylus scribarum mendax.* Num verò hi ex eorum quoque numero fuerint, qui legem interpretati sint, an aliud quoddam quasi corpus cõfecerint.

rint, parum comperitum, illos certè publicos legis expositores fuisse, hos verò notarios quasi aliquos extitisse, apparet. Vnuiquisque verò cognitæ scripturæ locis iudicium suum adhibebit. Antiquissima porrò scribarum memoria est Numerorum quin. todecimo dixit Deus ad Moysen: *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, & scribas, & duces ad ostium Tabernaculi.* Altera Deuteronomij vicefimo: *Loquentur scribe ad populum.* vbique græcè pro scribis est *γραμματεῖς*. An verò eodem modo dati sint populo, & senatui, & magistratibus, & an ius suggererint, siue acta eorum in scripta, littera sc̄q; retulerint, non liquet. certe eis apparuisse, operamque commodasse suam videntur.

Ac primum quidem regem habuisse scribas, indicat Saraias, qui fuit scriba Regis Davidis, & Elioseph, & Abia, qui Salomonis, & Sobna qui Ezechiaë, & xij quarti Regū: *Cumq; viderent nimiam pecuniam esse in Gazophylacio, ascendebat scriba regis, & pontifex, effundebantq; & numerabant pecuniam, que inueniebatur in domo Domini* Item sepe alias. Iosephus quoque ostendit, Principibus tribuum affuisse scribas, cum inquit libro septimo Antiquitatum: *Joab præfectus Davidis regis descripturus numerum Hebraorum, sumpsit*

*psie phylarchos, & scribas, & instravit totum
Israël.*

De Principibus verò ciuitatis idem testatur in recitanda lege, cum inquit: *Singulis Septemviris principibus ciuitatis adsint duo ministri ex tribu Leui.* Ministros enim nimirum intellexit duos scribas, qui acta referrent. Eos verò ex tribu Leui fuisse, ostendit etiam primus Paralipomenon. *Vbi monister, & scribe ex tribu Leui nominantur.*

De Scribis populi illa sunt argumentò Deuteronomij vicesimo: *Loquentur scribe ad populum.* Et Iosue primo: *Præcepit Iosue scribis populi, ut imperarent populo sibi preparare cibaria.* Item tertio. *Transierunt, Scribe per castra, ut sequerentur Leuitas portantes arcam.*

Fuisse autem qui populo ministrarint, & qui senatui, illud est documento, quòd primo Paralipomenon vicesimo septimo scriptum est: *Tribuni, centuriones, & Scribe, qui ministrant populo.* Et Iosephus libro v. belli, nominat Aristæum, virum insignem, scribam Senatus. Et Hieremias LII. nominat de Hierusalem abductum scribam, *Principem militum, qui probabat tyrones.* Græcè τὸν γραμματέα τῶν δυναμέων, τὸν γραμματεύοντα τῷ λαῷ πάσης τῆς γῆς, id est, scribam copiarū scriptum facientem populo totius terræ.

Ceterum cum in Græca versione sit ubiq; vna vox *χαμματῆς*, Latina tamen variat, ac *duces*, & *Principes*, & *Pracones*, vertit. Ex quo apparet, ne ipsi quidem interpreti satis constitisse, quid essent *χαμματῆς*, neq; ibi pro legis doctoribus accepisse. Fieri aut potuit, vt scriba idem, qui scriptum faciebat, multis alijs officijs publicis inseruiret.

De Re Bellica. CAP. IX.

HAtenus tradita sunt, quæ domi aut à populo, aut à Senatu, aut à Magistratibus peragenda fuerunt, nunc res postulare videtur, vt quæ foris, id est militiae ratio rel gerendæ fuerit, exponamus: si quidem vt sacerdotes, & iudices, sic etiam Imperatores partes præcipuè sunt optimæ ciuitatis, vt Aristoteles litteris prodidit. Neque verò de hacre multa dicentur, quòd sacræ litteræ non multa suppeditent, quæ dicantur. Primum autem quæ belli gerendi præcepta deus reliquerit, deinde per quos res gesta sit, tum quæ bella ab Hebræis administrata sint, exequemur. De bello igitur gerendo sic Deus præcepit Deuteronomij xx. *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, quàm tu habes, aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est, qui*
edu-

eduxit te de terra *Aegypti*, Appropinquante
 autem iam praelio, stabis sacerdos ante aciem, &
 sic loquetur ad populum, Audi *Israël*, vos ho-
 die contra inimicos vestros pugnam commisit-
 tis, non pertimescat cor vestrum, nolite metue-
 re, nolite cedere, nec formidatis eos: quia *Dom-
 nus Deus vester in medio vestri est*, & pro vobis
 contra aduersarios dimicabit, ut eruat vos de
 periculo. Duces quoque per singulas turmas au-
 diente exercitum proclamabant: Quis est homo
 qui edificauit domum nouam, & non dedicauit
 eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne
 forte moriatur in bello, & alius deducet eam.
 Quis est homo qui plantauit vineam, & nec-
 dum fecit eam esse communem, de qua vesci o-
 mnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum
 suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo
 eius fungatur officio. Quis est homo, qui despon-
 det uxorem, & non accepit eam? vadat, & re-
 uertatur in domum suam, ne forte moriatur in
 bello, & alius homo accipiat eam. His dictis ad-
 dent reliqua, & loquentur ad populum, Quis
 est homo formidolosus, & corde pauido? vadat,
 & reuertatur in domum suam, ne panere faciat
 corda fratrum suorum, sicut ipse timore perter-
 ritus est. Cumq; siluerint duces exercitus, & fi-
 nem loquendi fecerint, unusquisq; suos ad bellan-
 dum cuneos preparabit. Si quando accesseris ad
 expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pa-

eem. Si receperit & aperuerit tibi portas, cun-
 ctus populus, qui in ea est, saluabitur, & seruet
 tibi sub tributo. Sin autem fedus inire noluerit,
 & ceperit contra te bellum, oppugnabis eam.
 Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam
 in manu tua, percuties omne, quod in ea generis
 masculini est, in ore gladij, absque mulieribus, &
 infantibus, iumentis, & ceteris, que in ciuitate
 sunt. Omnem pradam exercitus diuides, & co-
 medes de spolijs hostium tuorum, que Dominus
 Deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuita-
 tibus, que à te procul valde sunt, & non sunt de
 his urbibus, quas in possessionem accepturus es.
 De his autem ciuitatibus, que dabuntur tibi,
 nullum omnino permittes viuere, sed interficies
 in ore gladij, Hebraum videlicet, & Amorrhæ-
 um, & Chananaum, Pherezæum, & Heuæū,
 & Jebusaum, sicut præcepit tibi Dominus Deus
 tuus, ne forte doceant vos facere cunctas abomi-
 nationes, quas ipsi operati sunt Dys suis, & pec-
 cetis in Dominum Deum vestrum. Quando ob-
 sederis ciuitatem multo tempore, & munitioni-
 bus circumdederis, ut expugnes eam, non succi-
 des arbores, de quibus vesci potest, nec securibus
 per circuitum debes vastare regionem, quoniam
 lignum est, & non homo, nec potest bellantium
 contra te augere numerum: si qua autem ligna
 non sunt pomifera sed agrestia, & in ceteros ap-
 ta vsus, succide, & instrue machinas, donec ca-
 pias ci-

pias civitatem, qua contra te dimicat. Ex his, inquit Philo, liquet, Indæorum gentem amicam esse omnibus pacem amantibus, non contemnendam tamen, ut cui satis animorum sit ad repellendam iniuriam, si quis ultro velit laceffere. discernit autem in bello, qui sibi infesti sunt, et qui non, nam cadibus sentire in immeritos, aut leuiter noxios, immanis est ferocia. Et iisdem claudibus mulieres cum viris inuoluere, tantus porro amor iustitiæ est, ut ne agros quidem hostiles vastare liceat, et arbores cadere ad fructuum interitum.

De Principe militiæ. CAP. X.

INter magistratus autem, qui operam rei militari dederunt, primum locum tenuit Imperator, id est dux belli, is enim post Regem summam in castris potestatem est natus. Hic verò à Latino interprete Princeps militiæ dictus est, à Græco verò ἀρχιστρατηγὸς τῆς δυνάμεως, & ἀρχὼν πάντων ἀρχόντων τῆς δυνάμεως, id est, primarius dux exercitus. Talis verò princeps principum omnium exercitus fuit Abner sub Saule Rege. nam Regum secundo, cap. ij. *Abner filius Ner, princeps exercitus Saul dicitur.* Et tertio: ὁ ἠγούμενος μέγας, id est, dux magnus à Dauide appellatur. Talis sub Dauide Ioab, & Amasa, qui in eodem libro principes militiæ Is-

raël, & super omnem exercitum, fuisse dicuntur, De Ioab sic xxiiij. David Ioab principi militia mandauit, ut uniuersum populum Hebraorum recenseret, & summam militum conciperet. Ad Amasam verò xix. dixit ita: Hac faciat mihi Deus, & hac addat, si non magister militia fueris omni tempore. Quinetiam xxiiij quarti scriptum est, Nabuzardan ducem Nabucdonosoris transtulisse Babylonem Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ. At Græcus habet, scribam principis exercitus recensentem, populum terra: Multum verò valuisse apud regem ipsum militiæ Principem, indicauit Helisæus, cum in quarto Regum quarto dixit ad viduam: Habes negotium? vis ut loquar Regi, aut Principi militiae?

De Tribunis & Centurionibus.

CAP. XI.

Imperatori porrò paruere Chiliarchi, Ecatonarchi, Pentecontarchi, & Decarchi. Hos verò instituit Moyses, vt præfecti essent mille hominibus, centum, quinquaginta & decem: quos Latinus, vt dixi, interpretes transtulit tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos. Ex ijs autem ferme fuere, qui principatum familiarum gesserunt. sic enim scriptum est primo Numerorum: *Phylarchi secundum familias suas sui Chiliar.*

*Chiliarchi Israël: quasi verò dicat, ex eorum numero maximè euectos esse ad Chiliarchatum, qui in suis tribubus essent patriarchæ. neque enim omnes patriarchæ tribuni fuerunt. Chiliarchi verò dicuntur etiam ἀρχοντες, & ἀρχιγοὶ τῶν χιλιάδων, id est Principes Chiliadum, vt xij. primi Paralip. Transfugerunt ad David de Manasse Ednas, & Iezabud Principes Chiliadum: & xxiii. David conuocauit Principes Chiliadum, vt arcam reduceret. Chiliadis porrò militaris mentio est in libro Iudicum. Nam cum Gedeon uocatus esset ad Principatum, eum respuit dicēs: *Chilias mea humilis est in Manasse, & ego in familia mea infirmus sum.* item apud Michæam: *Et tu Bethleem paruulus es, vt sis in millibus,* id est, vt Chiliadem, & Chiliarchum creare possis.*

Centuriones autem, qui ἑκατοντάρχοι à Græco interprete versi sunt, ijdem etiam ἀρχοντες τῶν ἑκατοντάδων, id est, principes Centuriarum uocati, & xxvlij. secundi Paralipomen. ubi dicitur, David conuocasse principes Chiliadum, & Cēturiarum, id est Tribunos, & Centuriones. Tribunorum porrò, & Centurionum belli causa mentio fit sæpè, vt David exercitum contra Absalon filium emissurus xvlij. secundi Paralipomen. considerato populo suo cōstituit super eos

tribunos, & centuriones, & fecit tres partes populi sui sub tribus ducibus exercitus totius. Et quarto Regum xj. *Ioada ut Athaliae reginam opprimeret, centuriones acciuit, pro quibus in secundo Paralip. xxij. Principes familiarum aduocati dicuntur. Et 25. Amasias rex bellum moturus, congregauit Iudam, et exciuit eos per domos familiarum suarum in tribunos, & centuriones in uniuerso Iuda, & Hierusalem, & numerauit eos à viginti annis, ut supra, & inuenit eos trecentas Chilidas, qui exire ad bellum possent. Et tertio primi Maccabæorum, Iudas princeps bellum illaturus dicitur constituisse, qui ducerent populum, tribunos, & centuriones. Atque hos quidem etiam ἐρχοντας τῆς δυνάμεως, & στρατηγούς id est, principes exercitus aliquando scriptura vocauit, ut Numerorum xxxj. *Itaui est Moyses principibus exercitus, tribunis, & centurionibus, licet Græcè non principibus, sed episcopis, id est, inspectoribus scriptum sit: Et xxiiij. secundi Regum: Egressus. que est Ioab, & Principes exercitus à facie Regis, ut numerarent populum Israël.**

De Quinquagenarijs, & Decanis.

CAP. XII.

Pentecontarchi verò, & Decadarchi memoria vsurpatur non solum in Exodo,
vbi

vbi instituuntur à Moyse, sed etiam primo quarti Regum, cum inquit: *Ochozias rex Iude misit ad Heliã prophetã Quinquagenarium principem cum quinquaginta militibus, inde alterum, inde tertium.* Item primo Maccabæorum: *Iudas constituit super populo tribunos, centuriones, pentecontarchos, & decadarchos.*

Hi verò omnes pro arbitratu designabantur à rege. De Principe militiæ liquet ex eo, quod supra de Amasa scriptum est. De tribunis, & centurionibus illa sunt documento, viij. primi Regum: *Rex constituet sibi filios vestros tribunos, & centuriones, & xxvij. Saul fecit sibi Davidem tribunum, & xvij. secundi: David constituit super populo suo tribunos, & centuriones.* & post: *Stetit rex iuxta portam, egrediebaturq; populus per turmas suas centeni, & milleni.* & primo Paralipom. secundo: *David dixit: Qui percusserit Iebuseum, is erit mihi in principem, & ducem.* Græcè εἰς ἀρχοντὰ, & στρατηγόν, id est principem in ciuitate, & ducem in exercitu faciam, & xxv. secundi: *Amassas Rex constituit Iudeos per familias tribunos, et centuriones.* Græcè ἐκίταuit per domos familiarum suarum in tribunos & centuriones. Ex quo apparet, non semper ex familiarum principibus tribunos esse delectos, sed ex familijs ipsis, & primo

Maccabæorum tertio: *Judas constituit qui dicerent populum tribunos, centuriones, pentecontarchos, & decarchos.*

De Magistratu Templi. CAP. XIII.

EX præfectis porro militaribus quidam fuere, qui Græcè *πρωτάται*, & *στρατηγοὶ τῷ ἱερῷ* dicti sunt. i. præfides templi, & præfecti exercitus templi. Hi verò præsidio templi præfuerunt, quod olim Judas Maccabæus imposuit, itemque turris Antonix, quam cum templo iunctam illius posterius condiderunt: De præsidio Templi sic scriptum est primo Maccabæorum: *Judas edificauit montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, ne quando venissent gentes, & conculerent eum, sicut ante fecerant, & collocauit illic exercitum, ut reseruaret eum.* De Turri sic Iosephus: *Principes Assamonei turrim templo continentem præcipue communiuerunt, quam Barim dixerunt, atque ibi stolam pontificiam asseruari iusserunt, quam turrim Herodes rex postea ad templi custodiam confirmauit, & in gratiam M. Antony Triumuirum amici sui Antoniam appellauit.* Habuisse autem Iudæos eiusmodi custodiæ causa milites, indicat etiã S. Matthæus xxvij. cum. n. petissent Iudæi à Pilato, vt iuberet custodiri sepulchrum Christi usque in tertium diem; respon-

dit

dit Pilatus: *Habetis custodiam, i.e. custodite, sicut fecistis.* Huic verò præsidio præerat tribunus militum vnus, aut fortasse etiam plures cum cohortibus suis, vt mox apparebit.

Præter milites verò, qui templum custodiebant, erant quoque ministri, id est lictores, quos ad comprehendendos reos iussu Principum sacerdotum, & populi adhibebant. Quod si qui rei violati templi, aut contemptæ religionis, aut grauioris alicuius flagitij essent, aut eis opibus præditi, vt eos timerent, tum lictoribus custodes etiam milites adiungebant, lictores aduocantes, vt manum iniicerent, atque vincirent, milites, vt vim, sicunde fortè ingrueret, propulsarent. Probantur hæc omnia historia Christi. Primum enim Iudas proditor accessit ad Principes sacerdotum, & se, si sibi pretium darent, Christum illis proditurum esse, professus est: inde cum aliquot eorum adiit ad tribunum militum, & cohortem accepit, tum ministros sumpsit, demum cum his omnibus contendit ad Christum capiendum. Loca Euangelij proferam, si lectorem ante monuero, Latinum interpretem *σπαρτυδὸν* magistratum videri parum aptè vertisse, primum, quia militarem principatum non expressit, qui in voce *σπαρτυδὸς* continet.

tinetur, deinde, quia confudit hunc cum Principibus populi, qui post cum Senioribus eidem iudicio affuerunt, & eodem magistratus nomine afficiuntur, cum Græcè non *σπαρτηγοί*, sed *ἄρχοντες* nominentur. Matthæus xxvj. & Marcus xiiij. *Abijt Iudas ad Principes sacerdotum, & ait illis. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Lucas autem ipsis Principibus sacerdotum etiam Principes populi adiicit, quos interpretes Magistratus appellat, inquit: *Abijt Iudas, & locutus est cum Principibus sacerdotum, & Magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.* Ioannes autem xvij. *Iudas, cum accepisset cohortem, & à Principibus sacerdotum, ac Pharisæis ministros, venit illuc. & mox: Cohors autem, & Tribunus, & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.* Lucas xxij. *Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, Principes sacerdotum, & Magistratus templi, & Seniores.* Græcè pro Magistratus templi *σπαρτηγὸς τῆς ἱερῆς* Ostendit idem historia Apostolorum, Actuum iij. *Loquentibus autem apostolis ad populum, supervenerunt sacerdotes, magistratus templi. (id est, σπαρτηγὸς τῆς ἱερῆς) & Sadducei. Et v. Vt audierunt hos sermones Magistratus templi, & principes sacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret, tunc abijt Magistratus cum ministris, et adduxit illos vi.*

ex quibus liquet, Magistratus templi duces militares fuisse ad reos capiendos adhibitos. Atque hæc quidem mea est de Magistratu templi sententia, quæ si vera est, sequitur vt errent illi, qui his eisdem auctoritatibus fulti, eos iudices fuisse, qui in templo iudicarent, asseruerunt.

De Bellis Iudæorum. CAP. XIII.

HIS expositis sequitur, vt eorum etiam satisfaciam voluntati, qui bella ab Hebræis gesta summatim cognoscere cupiunt. Hæc verò in magna varietate versata sunt. Primum enim armis contendere Hebræi per Arabiam transeuntes duce Moyse cum ipsis Arabiæ incolis, antequam ad Iordanem transirent, vt cum Amalecitis, Arad rege Chananæorum, Seon rege Amorrhæorum, & Og rege Basan, cum Moabitis, & Madianitis. Deinde postquam Iordanem transierunt, Iosue duce cum Amorrhæis, Chananæis, Gergesæis, Hettæis, Heuzis, Iebusæis, & Pherezæis, qui terram Chananæam à Deo sibi promissam habitabant, eisq; magna mole deuictis eam in sortem coniecerunt. Diuisa inde terra, ac sedibus in ea ea collocatis, bella vicinorum diu passi sunt regis Mesopotamiæ, Chananæorum, Madianitarum, Moabitarum, Ammonitarum, & Phi-

& Philistæorum, qui vltimi perpetui hostes fuerunt vsque ad tempora Davidis, cum quinque vrbes ad mare Syriacum obtinerent versus Aegyptum, Gazam, Ascaloné, Accaronem, Geth, & Azotum. Atque hæc fermè Iudicibus rerum potentibus. Saul inde rex primus Naas regem Ammonitarú deuicit, Philistæos fatigauit, & Agag regem Amalecitarum, licet longè positum, iussu Dei oppressit. Inde David certauit cum Ieboseth filio Saulis rege à suis contra se acclamato, cum Iebusæis, quos vrbe Hierusalem pepulit, cum Moabitibus, & Ammonitis, cum filio Absalon, & Siba, quorum à se vterque defecerat, & quater cum Philistæis, quibus profligatis, ac Syria Damasci, & Idumæa ad regnum adiuncta imperium ex omni parte pacatum filio Salomoni reliquit. sub quo pax solida fuit. Diuiso inde post obitum eius in duas partes regno, quarum vna Iudæ, altera Israel appellata est, vtraque sæpè arma inter se ciuilia contulerunt. Externos verò hostes pertulerunt, eos reges, qui tum opibus excelebant, Aegypti, Assyriorum, Babyloniz, ac Syriæ. Quibus cū resistere propter peccata non possent, Israelitæ demum, qui decem tribus obtinebant, ab Assyrijs translati sunt Ninive. Iudæi verò à Babytonijs Babylonem. Postquam

quam autem Iudæi concessu Cÿri regis Persarum antiquum patriæ solum recuperarunt, primum Persis, deinde Macedonibus Alexandri Magni successoribus Aegypti, ac Syriæ regibus tributarij paruerunt, ad extremum ab Epiphane libertate, ac religione mulctati captis armistandiu reges ipsos Syriæ fatigarunt, donec libertatem integram receperunt. Tum verò subactis Iudæis, Samaritis, Ituræis, Moabitibus, & Galæaditis, cum inter se contendere de regno cœpissent, arma contra se Romanorum traxerunt, tria verò præcipua ab eis bella perpessi sunt, vnum C. Pompeij, qui urbem cepit, alterum C. Sosij, qui Aristobulo rege vrbe pulso Herodem intulit, tertium Titi Cæsaris, à quo vrbs eversa, gensque ipsa deleta est.

Ex quibus intelligi potest, & ducibus, & scientia militari opus Iudæis fuisse, vt tantam molem, varietatem, ac perpetuitatem bellorum egregiè sustinerent. Bellis verò alienis Iudæi non affuerunt, nec gentium stipendia meruerunt, aut suis eas stipendijs asciuerunt, quia quocunque modo commercium cum gentibus habere prohibiti lege sunt. Itaq; Tiberius Cæsar, vt eos sibi militare propter patriæ legis custodiam abnuere vidit, summis tormentis affectit, vt Iosephus 16. libro mandauit. De

HIS explicitis, nunc quæ de statu Iudæorum extremo, Philo scriptum reliquerit, addam, atque hac quoque parte illustrata huic commentario finem imponam. In primis ergo quanta per omnes terras Imperante Caio, Iudæorum esset diffusa multitudo, docuit in libro de legatione ad Caium: *Populosa, inquit, est Iudeorum natio, non ut alie, comprehensa unius regionis spatio, sed totum penè orbem passim incolens. diffusa est. n. per continētis provincias oēs, atq; insulas, adeò ut non multò pauciores sint indigenis, absque eo quod ipsam Iudeam innumera multitudo incolit, Babylon etiam, & multe alie satrapie ab eis tenentur, qui singulis annis sacram pecuniam mittunt in templum primitiarum nomine. quanquam per vias difficiles.* Adijcit inde de coloniis à Iudæis in varias regiones deductis, hoc modo: *Santa civitas metropolis est non unius regionis Iudee, sed & multarum propter colonias inde olim deductas, vel propius in finitimam Ægyptum, Phœnicem, Syriam, tum ceteram, tum eam, que Cele dicitur, vel longius in Pamphiliam, Ciliciam, plerasque Asiæ partes usq; in Bythiniam, & Ponti sinus intimos, pari modo in Europæ Thessaliam, Bœotiam, Macedoniam,*

niam, *Etoliam, Atticam, Argos, Corinthum,*
 quæ *Peloponnesi* partes præcipuas. nec tantum
 continentis provinciæ plena sunt colonijs *Iudaicis,*
 sed & insularum celeberrima *Euboea, Cy-*
prus Creta, ne quid dicam de *Transseuphraten-*
sibus: excepta enim parua parte *Babylonis,* &
alsarum præfecturarum, omnes urbes, quæ bonũ
 agrum habent, à *Iudeis* incoluntur. Inde de *Tẽ*
pli maiestate sic intulit: *Templum iam inde*
ab initio nullam admisi manufactam effigiem,
cum sit Dei domicilium. pictorum enim, atque
statuاريorum opera sunt sensibilibus Deorum i-
magines. illum autem invisibilem pingere, aut
ingere, nefas duxerunt nostri maiores. Agrippa
illud invisit, & honoravit. Augustus per literas
iussit, undecunque illuc mitti primitias, institu-
to ibi etiam quotidiano sacrificio. Non Græcus,
non barbarus, non rex, satrapa ve ullus vel in-
ferensissimus, non seditio, non bellum, non captivi-
tas, non vastatio, non alia res vlla tantam cladẽ
intulit, ut contra veterem morem effigies manu-
facta in id importaretur. quannis enim insensos
haberet accolas, semper tamen sua religione tu-
tum fuit, ut sacratum conditori, patriq; rerum
omnium, sciebant enim violationem eius expia-
ram sæpè gravissimis calamitatibus. Postremò
subijcit, & de synagogis hoc modo: Augu-
stus cognito, quòd negligerentur sacra primitia,
*per literas mandavit provinciarum *Asia* præ-*

curatoribus, ut sinerent Iudeos solos in synagogis cœtus facere, non enim hoc esse Bacchanalia, vel seditiosorum conuenticula turbanda pacis causa, sed scholas iustitiæ, temperantiæq;, in quibus studium virtutis floreat: primitias verò quæ tantis conferri, unde fiant sacrificia, missa in hoc sacra legatione ad templum Hierosolyma, de inde edixit. ne quis sit impedimento Iudeis cœtus, collectasq; facientibus, aut Hierosolyma emittentibus more patrio. Ut autem Iudæi ritus patrios coluerint, idem etiam non dissimulat, inquiens: Omnes gentes, libenter seruant ritus patrios, sed Iudæi præ cæteris. Cum enim leges suas credant oraculis proditas, easq; discant à pueritia, in animis circumferunt, harum expressas imagines, & semper intuenso admiran- tur, ut honestissimas, alienigenas quoque harum observatores amplectuntur pro suis civibus: os- rorem autem earum, aut vituperatores habent pro hostibus, & intantum abhorrent à quavis re suis legibus vetita, ut omnibus fortunis, felicitati- busq; humanis ad præuaricationem adducere nequeant, sed nihil religiosius, quàm templum, colunt, vel hoc argumento, quòd certissima mors proponitur ultra septem interius penetrantibus nam intra extus recipiunt undecunq; venientes sua gētis hoies. Hinc Rutilius in Iudæos post Titi victoriam ubiq; dispersos scripsit.

*Atque utinam nunquam Judea subacta fuisset
 Pompeij bellis, & perioque Titi,
 Latius excisa pestis contagia serpiunt,
 Victoresque suos natio victa premit.*

ATQVE hæc quidem de rep. Hæbreorum inuenimus, quæ quam planissimè ac distinctissimè potuimus, explicuimus. Quibus diligenter mente, ac ratione perceptis, si quis iterum se ad sacra volumina perlustranda contulerit, næ ille multo clarius multa ante tetra caligine mersa perspexerit, ac liquidiore illius doctrinæ haustu conceptam visceribus cœlestis scientiæ sitim sedarit. Ceterum si in his opportuna sacrarum litterarum auctoritatè firmandis paucis fortasse in locis Græcam interpretationem attulimus, aut aliquid ex tertio Esdræ libro testimoniorum deprompsimus, id nobis censemus vitio verti non oportere. sic enim fecimus cum ob nimiam rerum, quas tractabamus, obscuritatem, quæ planè alia dilucidari ratione non poterat, illustrandam, tum propter sanctorum Patrum auctoritatem, qui septuaginta interpretes adhibuere, prodendâ, & quidè cū nō de dogmate villo, sed de sola antiquitate disputarem. quia etiâ in veterib. institutis, ac moribus declarandis, lucè nos ex antiquissimo quoq; monumento posse petere iudicauimus, quo con-

lio Philonis etiam, & Iosephi, doctissimorum virorum, fidem sapissimè implorauimus, vt à quibus multa, eaque insignia priscae memoriæ præsidia, ac supplementa sanctos quoque patres cognouimus accepisse: Sed hæc, & eiusmodi alia vtcunque animaduersa prorsus exactæ Ecclesiæ censuræ, iudicioque remittimus. Illud quidem certè non dubitamus, quin vt multo plura desideraturi sunt, qui semel ad tantas admissi epulas haud planè saturati discesserint, meliora verò parituri, qui his quæstionibus excitati præclara sua ingenia ad eiusmodi generis alia indaganda contulerint: sic multo felicitus arcana, quæ his continentur, mysteria venaturi sint, qui faces eiusmodi secum ad abditas eorum latebras perscrutandas prætulerint. Mysteria verò intelligo, cælestem vitam, atque æternam, quam S. Augustinus hac prænotatam rep. docuit, asserens populum Hebræum in vnâ esse remp. congregatum, quæ æternæ vitæ ageret sacramentum. omnes enim inquit, prophetiæ, omnia præcepta vitæ, sacra demum sacerdotia, ceremoniæ, dies festi, significata, & prænunciata sunt, quæ propter æternam vitam fidelium in Christo & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus. Utinam autem Deus ipse pro sua incredibili

Si misericordia faxit, vt quam nos ciuitatem
viui descripsimus in terris, eius post mor-
tem conspectu perfruamur in cœlis, vt læti
ob ea, quæ nobis dicta sunt, fore, vt in do-
mam Domini veniremus, verè tandem di-
cere cum Propheta possimus: *Sicut audiui-
mus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum,
in ciuitate Dei nostri. Beati, qui habitant
in domo tua Domine, in secula sa-
culorum laudabunt te.*

Ej 3

RE.

RERVM, ET VER- BORVM IN- DEX.

A.

AARON Moysis frater primus Pontifex,
& posterius eius Eleazari filij 233. 234
Abia octava classis Sacerdotalis, quæ.

255

Abominatio desolationis apud Danielem, quæ
86

Abraham filius Thare, Hebræus, sextus ab Heber,
initium historię Hebræorum. 9. 10. filij eius I-
saac, & Ismael. 10. Huic promisit Deus proge-
niem innumeram Israelitarum, possessionem
terrę Chananę, & benedictionem omnium
gentium in semine eius, Christo. 10

Acetabula, instrumenta Tabernaculi. 55

Actuum loca exposita. 91. 98. 109. 114. 258 76. 302.
303. 313. 330. 434.

Adam primus homo, Deum cognouit, & pecca-
rum, ac mortem in mundum intulit, filios ge-
nuit Abel, Caim, & Seth. 6

Adar mensis Hebræorum. 97

Adulteri lapidabantur. 374-376

Aeditui, quot. 274

Aegyptium templum Iudzorum quando condi-
tum, & clausum. 88

Aelia dicta Hierusalem ab Aelio Adriano. 9

Afflictiones corporis, ieiunio, cilicio, & cinere fie-
bant. 205. 206. 209

Agni

I N D E X.

- Agni mactatio in Paschate, qualis.** 133 107
- Alexander Magnus honoravit Iudæos.** 20
- Altare Holocauti æneum factum à Moyse.** 54. 57.
58. factum à Salomone in templo 75. 188. restitutum
à Iuda. 81
- Altare thymiamatis aureum.** 54. 58. 186. factum à Sa-
lomone in Templo. 75. 76. 188
- Altare in Galgalis.** 325 in Maspha. 326 in Gabaon.
65. in Ramatha. 382. in Excelsis. lege Exce-
lsa.
- Aminadab seruauit arcam fœderis.** 66. 67
- Anna Pontifex, quando, & quomodo.** 272. 275.
276
- Annus Hebræorum naturalis, & ciuilis.** 94. 119.
102. annus lunaris, quomodo ad solarem redige-
retur. 94
- Annus septimus sabbatarius, qualis.** 123. 124
- Annus quinquagesimus sabbatarius, qualis.**
124
- Antiochus Epiphanes Rex Syriæ afflixit Iudæ-
os.** 15. 32. contaminauit templum Hieroso-
lymitanum. 81. dedicauit templum Samariæ
Ioui. 88
- Arca Noe, qualis.** 7
- Arca pecuniæ sacræ, qualis.** 197. lege Gazophyla-
cium.
- Arca fœderis præscripta à Deo constructa à Moyse.
& ornamenta eius.** 55
- Arca Fœderis, testimonij, & testamenti, idem** 56.
60. delata in Galgala, in Silo. 63. ad Philistæos.
64. ad Berhsamitas Iudæ, in Cariathiarim,
in Gabaa. 65. in Sion. 66. in templum. 67. 76 c-
nauit. 68

I N D E X.

In arca tabulæ legis fuerunt, siue Testamentum. 60.

67.77

Archisynagogus, quis 92

Arietum oblatio 224. 248

Aristocratia Hebræorum à DEO instituta, qualis.

33.34

Aristotelis opinio de aristocratia, & regno pleno
conueniens iudicio Hebræorum. 36

Aromata in sacris adhibita, vnde fierent. 187

Arx condita in tertio colle montis Sion. 50

Asaph Psalmista. 268.269

Asphaltites lacus in Iudæa, siue mare mortuum. 43

Assamonei Leuitæ recuperarunt rem Iudæorum
contra Antiochum Epiphanem, & Principa-
tum, & Pontificatum adepti sunt, & postea reg-
num. 234.395.397

Athalia regina templum corrupit. 78

Atrium Tabernaculi præscriptum à Deo. 54.57

Augustus censum in caput instituit, ac totum orbem
censuit. lege census.

Auris quid significet. 225

Azymorum dies, qui. 105. 133. Azymorum prima,
& septima dies sancta. 107

Azymorum canister. 223.

B.

BAalam prophético spiritu ornatus. 280

Baltheus pontificis, qualis. 215

Benedicere vsurpabant, pro maledicere. 375

Bella suscepit, & gessit rex pro arbitrato suo. 394. de
re bellica Iudæorum. 424. de mouendo bello
lex, ibid. Belli duces, qui. 427. 428. Bella ab He-
bræis gesta. 435

Beniamin filius Iacob, 11. tribui nomen dedit. 12. e-
ius

I N D E X.

iustribus cum tribu Iudæ conjuncta fuit. 48 in	
eis fuit Hierusalem. 48. & in Benjamin pars tē-	
pli.	49
Bethanim mensis.	97
Blasphemi lapidabantur.	375.376
Bule, Buleutzæ, & Buleuterium.	333.334

C

C Abala historica Iudæorum.	293
Caifas Pontifex, qualis.	275
Caim progeniem improbam peperit.	6
C. Caligula Imper. templo Iudæorum infestus, &	
synagogis.	85
Candelabrum præscriptum à Deo, & constructum	
à Moyse.	56.227
Cantores à Dauide instituti sub Asaph, Heman, &	
Idithun. 268.269. Cantorum vices XXIII. 269.	
officia 269.270. 275. vestes.	ibid.
Caper emissarius.	230.184
Capitium, quod.	217
Cariathiarim opp. habuit Arcam, & Tabernaculū.	
65	
Carcer propter reos.	418.420
Cathedra Moyfis, quæ.	294.314
Census in caput ab Augusto institutus 317. excita-	
uit hæresim Gaulonitarum, ibidem. solutus à	
Christo.	317
Centuriones iudiciales. 380.412.418. militares. 424	
lege ecatontarchi.	
Centuriarum principes.	ibi.
Chanaam siue Chanaanæ terra, quæ postea Iudæa	
9.43. habitata à septem populis, occupata ab Israeli-	
tis, diuisa in partes XII.	43
Cherubin præscripti à Deo super arcam.	54.55
Ff 5	Chi-

I N D E X.

Chilias ciuitatis. 421. militaris.	429. 430
Chiladum princeps.	313
Chilarchi instituti à Moyse. 337. 413. 19. 429. lege Tribuni.	
CHRISTVS ex progenie Seth. 6. promissus Abra- ham. 9. Historiæ Hebraicæ finis. 4. ad legem ex- plēdam venit 32. & cum auctoritate docuit. 301. Pharisæos, Scribas, Sadducæos, & Herodianos. præcipue persecutus est. 311. 312. 314. à Concilio iudicatus. 361. Christi vaticinia de Iudæis verita- tem acceperunt.	85. 86
Christus vnctam, & regem significat.	388. 389
Cidaris Pontificis.	222
Cilicium in afflictione corporis.	206
Cingulum, siue baltheus Pontificis.	216
Cinis in afflictione corporis.	207
Circumcisio mandata Abraham. 40. 41. Moyli.	180
Ciuis quis. 40. ciuis Israëlita, quis.	ibid.
Ciuitatis partes Iustificaciones, & Iudicia, 52. Ciui- tatis tractatio diuisa in Consilia, Iudicia, & Ma- gistratus 320. Ciuitatem instituit religio. ibid.	
Ciuitas iusto & vtili continetur.	ibi.
Ciuitas Dauid, quæ.	47
Collecta frugum, festum. 133. in septima Azymorū, 107. fructuum.	102
Columbarum oblatio.	181. 278
Cōcilium, siue dinedrium instituit Deus, siue Moy- ses. 347. 348. 350. 351. confirmauit Iosaphat rex. 351. restitutum est post exilium. 353. Quid de eo Talmudistæ tradiderint. 349. differt à iudicio ci- uitatum. 336. lectum est ex senioribus, & sacerdo- tibus. 350. & posteris Dauidis. 353. ab Herode mutatum.	354
In Concilio causam cognouit Moyse 351. Cō- cilium iudicauit Herodem. 355. Christum 361:	

I N D E X.

- S. Petrum.** 365. **Apostolos.** 365. **S. Stephanum.** 366. 367. **S. Paulum.** 367. **S. Iacobum.** ibid. **S. Matthiam, & alios.** 368. **Christo fuit infestum.** 360. ornatum lege, ne quis ab eo necaretur. 356. eo in re priuatum. 357. in initum est à sacerdotibus, senioribus, & principibus. 350 sub. **Romanis damnauit, non animaduertit.** 350
- Concilium, & Iudicium quomodo vsurparit Christus.** 358
In Concilio quomodo peractum iudicium sit. 214
- Concilia quinque à Gabinio proconsole illata.** 161
- Concio, synagoga, & ecclesia, idem.** 322. **Concio vniuersa populi à quo aduocata.** 323. **ratio conuocandi.** 324. **instituta à Deo.** 322. **legitima, & confusa.** 330. 331. **vocata ad audiendum, orandum, agendum, id est, creandos magistratus, & iubendum bellum.** 324. 326. **Conciones Græcorum turbulentæ.** 332. **legitimæ tres in mense.** ibidem.
- Conditiones Pontificis.** 218. **sacerdotum.** 248, **Iudicium.** 348
- Confessiones, id est, Dei laudes, quomodo fierent.** 177. 269
- Confitemini Domino, quoniam bonus.** 178. 278
- Consecratio Pontificis.** 221. 224. **sacerdotis.** 248. **Regis** 258. **Consecrationis sacrificium.** 179. 222. 223.
- Consilia, & Iudicia partes ciuitatis.** 320. **Consilia de utilitate tractant.** 320. **in Senatum, & Concione diuidantur.** 321. 332
- Consistorium Gazith, quale.** 346
- Conuentus forenses Romanorum.** 331
- Corbona idem, quod Gazophylacium.** 197
Coro-

I N D E X.

Corona ornamentū Tabernaculi præscripta à Deo.

55

Corporis afflictiones, cinis, cilicium, ieiunium. 207
Crux qualis. 371. Crucifixio qualis. 372. exempla e-
ius. ibid. Crucifixi donabatur cognatis. 373 Cru-
cifixus est Christus more Romanorum. ibid.

D.

- D**amnabatur nemo indicta causa. 345
 Damnationem habuit Concilium, nō animad-
 uersionem. 354
 Dan filius Iacob. 11. nomen tribui dedit. 12
 Dauid rex factus. 390. 391. Salomonem sibi suble-
 git. 391. Iebuzæos expulit 46. 49. Hierusalem ex-
 truxit, ibi. Ciuitatem Dauidis condidit. 49.
 arcem in Sion ædificauit. 49 arcem Hierusalē
 transtulit. 45. 65. Tabernaculum nouum forma-
 uit. 65. 66 temp reformauit. 216. Leuitas insti-
 tuit. 263. & Cantores 263. Sacerdotes, Leuitas,
 Cantores, in 24. vices diuisit 256. 257. Scribas cō-
 stituit. 295. 296. Dauid domus particeps Conci-
 lij 352. eo priuata. 362
 Dauid familia, quæ. 409
 Debora prophetes, & iudex. 282
 Decani iudiciales. 380. 412. 418. militares. 430. lege
 Decadarchi.
 Decem præcepta legis. 22
 Decimæ, quæ, & quot, & quo deferrentur. 192
 Decimarum quattuor genera, secundum S. Hiero-
 nimum. ibi.
 Decollatio supplicij genus. 376
 Dedicatio altaris. 390
 Delictum quomodo differt à peccato. 166. Sacrifici-
 um pro delictis. 165. 166
 Depub-

I N D E X.

Depulsio criminis, qualis esset.	354
Deus tria promisit Abrahamæ, progeniem numerosã, terræ Chananeæ possessionem, Christum è semine suo oriturum. 10. Moyssi, & Hebræis legem dedit, atq; omnia facienda præscripsit, & euentura prædixit.	12. 13.
Deus quatuor modis verba fecit hominibus. 289. respōdit per somnia, sacerdotes, & Prophetas. 286. 287. afflauit prophetas, lege prophetæ.	
Dei verbum, quale 289. 290. quot officia gessit.	ibi.
Dei consulendi ratio quadruplex	285
Deo actiones humanas tribuit scriptura, cur.	293
Deorum simulachra Sarug. intulit.	7
Deos alienos coli vetuit Deus, sed se.	22
Deuteronomium, quid.	14
Deuterotes Pharisæorum, quæ.	313
<i>Διακόσια</i> quid.	26
Dies inæquales duodecim horarum.	98
Dies festi, aut profesti.	98. 99
Dies singuli proprium sacrificium habebant.	100
Dies sabbati.	98
Diluuium, cur à Deo missum.	7
Doctrina, & Veritas in Pectorali pontificis.	287.
222	
Dona sacra, quæ. 150. 189. Voluntaria, & voluntaria, ibidem. 190.	
Dux belli.	396

E.

E Carontarchi, qui lege Centuriones.	418. 428
E ffraim filius Ioseph adoptatus ab auo Jacob. 11. tribui nomen dedit. 12. 13 Effraim tribus pro vniuerso populo decem tribuum opposita Iudæ, vt Effraimitæ Iudæis. 17. Effraimitæ ad impietatem	

I N D E X.

- tatem secesserunt. *ibid.* cum Iudæis contendere-
runt. 18. Galilæa à Iudæis spoliata sunt *ibid.* in
Assyriam à Salmanassare rege translata, ibi re-
mansere. 18. 19
- Εισαγωγῆς τῶν γραφῶν.* 418
- Eleazar filius Aaronis primi pontificis. 233. posteri-
tas habuit pontificatum. *ibi.*
- Elizabeth quomodo cognata Mariæ virginis fuerit
apud S. Lucam. 16
- Emunctoria instrumenta sacri candelabri. 56
- Encania, quid, & quot. 128. 141
- Ευχαριστεῖν, quid.*
- Ephemeræ sacerdotales, id est, vices. 256
- Ephod, id est, superhumeralis, 218. valebat ad pro-
phetandum. 287. Ephod sacerdotale, differt à
pontificio, 247. Ephodbad, id est, lineum sacer-
dotum fuit. *ibid.*
- Esdra scriba, sacerdos, scribarum princeps, & sacer-
dotum eruit, exposuit, & disposuit legem amis-
sam exilio Babylonico, & Scribas instituit. 298.
- Essæi, siue Essæni hæretici, quam vitam, & doctri-
nam professi. 307. 308
- Exactor accipit debitorem à iudice. 418
- Excelsa quæ, 69. vetita à Deo permessa. *ibidem* ser-
uata à regibus Israel, & Iuda; 70. dissipata à Iosia
rege. 71. Excelsum Gabaon. 65
- Exilij poena. 370
- Expiationum dies festus. 113. 140. Sacrificium. 147.

F.

- F**amilia Hebræorum, quæ. 406. 407
- F**amiliarum principes, id est, Patriarchæ. lege prin-
cipes & Patriarchæ.

I N D E X.

- Fariqa mundiffima, id est, simila in Libaminibus.**
 151. 156. 172
- Feminalia pontificis.** 160. 161.
- Festa tria, quo omnes conuenerunt, Pascha, Pentecoste, Tabernacula, 120. Festi dies à vespera ad vesperam celebrati. 102. Pascha, 104. 133. Azyma, 104. 133. Pentecoste, seu Hebdomades. 110. 135. ib. Tubæ. 114. 140. Expiationes, seu propitiatio, 140 Collectæ, & Tabernacula. 116. 140. Sabbatum. 102. Annus septimus, 123 Quinquagesimus. 123. Encænia. 126. 141. 143. 147 Planctus filix Iephthæ. 128. Ignis suscitatus, siue Lumina. 144. Iudith 129. 144 Esther, siue Mardocheus, siue sortes. 129 147. Festum victoriæ de Nicanore. 131. 147. Ieiunium Godoliæ. 131. 140. Festum arcis mundatæ à Simone principe. 144**
- Fimbriæ Phariseorum, quales.** 315
- Fœdus Dei cum hominibus, 60. Arca fœderis, lege Arca. Fœdus, pactum, testimonium, Testamentum idem.** ibid.
- Forenses conuentus Romanorum, quales.** 330 331.
- Formula intentionis, & depulsiõnis criminis** 354

G.

- GAbaa habuit arcam.** 65
- Gabaon habuit Tabernaculum.** ibid.
- Excelsum fuit.** ibid.
- Gabaonitæ ministri, qui postea Nathinæi.**
 276.
- Gabinus Rom. proc. quinque Concilia instituit.**
 357
- Gad filius Iacob. 11. Tribui nomen dedit. 12. Familiæ eius.**
 408
 Gale.

I N D E X.

Galerus pontificis.	217. vide Pileus.
Galilæa, Iudæa, & Samaria.	44. Galilææ vrbes. ibi.
Galilæa à Iudæis adempta Effraimitis.	18. Samaritis
ibid. Galilææ synagogæ.	302
In Garizin monte templum Samaritæ.	87
Gaulonitæ hæretici, quid professi.	317
Gazith confistorium, siue synedrium, quale.	
Gazophylacium quid.	197. 198. 200. custos eius. 201
eo primitiæ, ac decimæ, ac pecunia sacra,	196.
197	
Gazophylax.	201
Gehenna ignis, quid.	359
Generaciones hominum à principio quatuor.	5
Genesara lacus, qui.	43
Godoliæ ieiunium.	131. 140
Γραμματεῖς qui.	295
Γραμματῶσι αγωγεῖς, qui, & à quo instituti,	
337. 414. 415. 417.	
Gratiarum, siue laudis sacrificium.	158. 159. 161. 175.
176.	

H.

H Adrianus Imp. Hierusalem Aeliam appellauit.	
86. templum terra obruit, & Veneris fanum	
ibi consecrauit.	ibi,
Hæreses Iudæorum septem.	32. 304.
Hebdomadum, siue Pentecostes festum.	111
Hebdomades, i. septimanæ.	98
Heber trans, vnde Hebræi.	7
Heber filius Sale procreauit Hebræos.	8
Hebræi dicti ab Heber, id est, trans, vel ab Heber fi-	
lio Sale. 7. origo eorum. ibid. progenies eorum,	
qui Deum cognouerunt. 5. 6. Deo dilecti.	5
	Hebræo

SIG. DE REP. HEB.

- Hebræorum populus.** 5. 6. 7. 9 gens antiquissima, 5.
 eorum historia ab Abraham. 9
- Hebræi Israelitæ dicti à Jacob. lege Israelitæ,** annū
 lunarem habuerunt. 96. antiquum sermonem
 retinuerunt. 8. **Bella eorum.** 435
- Heli pontifex repente mortuus.**
- Hemerobaptistæ hæretici, qui.** 225
- Herodes Antipatri Ascalonitæ filius profelytus**
 rex Iudæorum, 37. auxit templum, 83. Concilio
 iudicatus. 355. **Christus existimatus.** 310. Senio-
 res è domo Dauid sustulit 357
- Herodiani hæretici Herodem Christum existimāt.**
 307. 310. præualuere tempore Christi. ibi.
- Hieroboam rex defecit à Deo,** 78. **Excelsa instituit,**
Effraimitas impios fecit. 18. 72
- Hierusalem à Deo electa,** 45. 46. à Dauide extructa.
 48. metropolis regni facta, 45. in tribu Iuda, &
 Benjamin. 48. Salem dicta, possessa à Melchise-
 dec rege, habitata à Iebusæis, ibid. arca foederis
 à Dauide decorata. 49. Templo à Salomone or-
 nata, 50. capta à Sisac rege Aegyptiorum. ibid.
 obsessa à Sennacherib rege Assyriorum. ibid. ca-
 pta à Nabucdonosore rege Babyloniorum, &
 tertio euersa abducto populo. ibi. restituta post
 exilium à Neemia, direpta ab Antiocho rege
 Syriæ profanato templo, recepta ab Assamone-
 is, capta à Pompeio, Antigono, Sosio, demum e-
 uersa à Tito, refecta ab Hadriano, & Aelia no-
 minata sine templo. 50 51
- Hierosolymis vnum Concilium è quinq;** 346 357
- Hircus expiationum,** 185. **Hirci XII. pro peccatis.**
 407
- Holocarpoma pro Holocausto.** 153
- Holocaustum quid. ibidem. ritus eius.** 153. partes e-
 ius, 154. **Holocaustum Neomeniæ, & singulo-**
Gg
rum

I N D E X.

rum dierum, 99. Altare Holocausti æneum. 54.	
57. non ritè oblatum est à rege.	390
Hominum à principio stirpes quatuor.	5
Hymni canebantur in confessionibus Deo.	268

I.

I acob filius Isaac recepit promissa facta à Deo a- uò Abraham Israel dictus, 10. 11. filios habuit duodecim, vnde XII. tribus Hebræorum, qui ab eo Israelitæ dicti, 10. 11. 16. adoptauit Manaf- sem, & Effraim filios Ioseph filij sui. 11. ex Chana nâa in Aegyptum propter inopiam frumenti se recepit cum familia ad Iosephum.	ibid.
Iacobus Iustus Nazaræus.	273
Ianitores qui. 272. officia eorum. 273. 375. classes XXIII. 373. sacræ pecuniæ custodes.	274
Idumæi ab Edom, 10. ad circumcisionem adacti.	41
Iebusæi à Dauide pulsi vrbe Hierusalem.	55. 43
Ieiunium, 140. modi eius, & præcepta, 205. Ieiunij dies festus in Expiationibus. 116. 205. Ieiunio ca- ritas Deo gratior. 208. traditum à Christo.	ibi.
Ieiunium Godoliæ.	205
Iesus Sirac, quando sapientiam scripserit.	237
Ignis perpetuus sacrificiorum qualis. 154. 155. 168. evanuit, 67. eius ratio.	ibid.
Ignis suscitati festum.	129
Immunitates datæ Iudæis à Regibus Syriæ.	397
Incensi oblatio. 186. cur offerretur. 189. lege Thy- miana. Incensum non ritè oblatum à rege. 187. sed à pontifice,	228
Innouare pro consecrare.	389
Intentio criminis quomodo fieret.	354
Intercalatio dierum ad cursum solis.	

SIG. DE REP. HEB.

Intercalaris mensis tertius decimus.	49. 148
Introductores caussarum, à quo instituti.	337. 413.
quales 416. 417. lege grammatoisagogeos.	
S. Ioannis loca exposita.	88. 92. 98. 128. 308
Ioarib prima classis sacerdotalis.	255
Iob prophetico spiritu ornatus.	280
Iordanes fl. qualis:	43
Iosaphat Rex confirmavit Iudices, 339. Concilium.	
352	
Ioseph filius Iacob patri carus, venditus à fratribus, coniector somniorum, præfectus Aegypti, fratres agnouit, patrem in Aegyptum euocauit. 12. caput familiz in Aegypto. 13. terram extra sortem à patre accepit. 48. pater Manassis, & Effraim, quos dedit in adoptionem Iacob.	12
Ioseph ab Arimathia senator, & Concilij particeps.	
352	
Iosias rex Iudæ templum instaurauit. 79. Excelsa sustulit.	72
Iosue successor Moysis Iordanem traiecit, & Chananeam tenuit, eamq; 12. tribubus diuisit.	13
Isaac genuit Iacob, & Esau.	10
Ismaelitz ab Ismaele filio Abraham.	ibid.
Israel, lege Iacob.	
Israel terra, vide Chananæa.	
Israelitz dicti Hebræi ab Israele, id est, Iacob, presertim in Aegypto, reducti in Chananæam, egerunt in Deserto annis XL. & ibi legem à Deo acceperunt per Moysen 12. in XII. tribus diuisi. 11	
Israel regnum decem tribuum, oppositum regno Iudæ. lege Regnum.	
Isreel iudices, lege Iudices.	
Israel tribus, lege tribus.	

I N D E X.

- Iffachar filius Iacob, 11. tribui nomen dedit. 12. eius**
 tribus familia. 407. 408
- Iter sabbati mille passus.** 313
- Ithamar filius Aaronis, cuius progenies pontifica-**
 tum gessit. 233. 235. item sacerdotia. 254. 260
- Iubileus, vnde.** 126
- Iudas filius Iacob, 11. tribui nomen dedit. 12. fami-**
 liae eius. 407. 408. Iudas pro Iudæis, vt Effraim
 pro decem tribubus. 17. in tribu Iuda Hierusa-
 lem, 49. Iudas, & Benjamin tribus coniunctæ,
 & pro vna acceptæ, & Iudæi vocati. 17. 49
- Iudæa, Samaria, Galilæa,** 43
- Iudææ vrbes, & descriptio.** ibid.
- Iudæorum & Effraimitarum contentiones.** 17
- Iudæorum, & Samaritarum contentiones.** 21
- Iudæi impediuntur à Samaritis reedificare tem-**
 plum. 20. in Babyloniam trāslati à Nabucdono-
 fore. 19. restituuntur in patriam post annos lxx.
 ibidem, ex Iudæa in Galilæam transibant per
 Samariam. 21. afflicti ab Ant. Epiphane. ibi. 50.
 437 à Romanis 51. Immunitatibus affecti à Sy-
 ris, & libertate 396. non militarunt gētibus. 437
 Bella eorum, 436. status vltimus qualis. 458
- Iudas Maccabæus legem, & urbem restituit. 32. pur-**
 gat templum 81. princeps, & pontifex. 269
- Iudas Gaulonites, princeps Gaulonitarum hæreti-**
 corum. 317
- Iudices ciuitatum à Moyse instituti. 337. à Iosaphat**
 confirmati. 339. ex numero seniorum. 340. resti-
 tuti post exilium Babylonix. 339. Iudicum con-
 ditioes. 341
- Iudicia ciuitatum, qualia. 337. in porta facta. 342. e-**
 orum faciendorum ratio. ibid. quæ de ijs Tal-
 mudici tradunt. 344
- Iudicia, in quibus aut iustificatur res, aut dānatur. 336**
iudi-

SIG. DE REP. HEB.

Iudicia Dei, quæ in lege traduntur. 25. 26. eorum exemplum.	27
Iudicium, & iustitiam faciebant magistratus.	378
Iudicialis domus regis, & Phylarchorum.	406
Iudiciorum ordo.	418
Iudico pro condemnno.	27
Iudices Israel qui, quo iure, & quomodo creati. 35 36. 383. à Iudicio vocati. 380. quomodo iudicaret populum. 381. liberum ius necis non habuerunt. 382. diuersi à regibus. 383. conuocarunt senatum & populum, & bella gesserunt.	ibid.
Iusiurandum publicum conceperunt rex, & princi pes tribuum.	404
Iustificare est absoluere.	26
Iustificatio, & iudicium tractantur in Iudicijs.	336
Iustificationes Dei, quid. 26. earum exemplum. i- bidem.	
Iustificationes, & Iudicia Ciuitatis partes. 52. proxi mum attingunt in lege.	22. 23
Iustitiam, & iudicium faciebant magistratus.	378
Iustitiæ sacrificium.	175
K.	
K alendarium Hebræorum.	132
Kalendæ Hebræorum.	99
L.	
L abrum aureum in Tabernaculo.	54
Lacus Genesara, siue mare Tiberiadis.	42
Lacus Asphaltites, siue mare mortuum.	ibid.
Lamina aurea in fronte pontificis.	215. 220
Lapidationis ratio. 332. Lapidati ob blasphemiam, contemptum sabbati, & adulterium.	374
Lapidationis locus.	376
Lapides XII in Rationali pontificis. 213. 218. 219. in Superhumerali & Rationali, ibid. 220. 287. duo	in

I N D E X.

- in pectorali lapides valebāt ad prophetandum.
 ibid.
- Lapis pro arca in secundo templo. 68
- Laudis sacrificium. 161.162.175.176
- Lectores legis, qui. 296
- Leprosi mundatio. 182
- Leui filius Iacob. 11. tribui nomen dedit. 12. eius familiae. 407. tribus Leui sacra in sortem accepit. 14.15. decimas accepit, 211. segregata à DEO in ministerium sui. 210. 259. vbique habitauit. 15. vxores ex quaque tribu duxit. 16. tribum propriam non fecit, sed ei ascripta est, vbi habitauit, ibidem. Reliquit Effraim, & ad Iudam se contulit. 18. Refugij ciuitates naeta est. 14
- Leuitarum ministri à Moysè instituti curam gesserunt Tabernaculi, & Arcae, 260. 261. adiuuerunt sacerdotes, 265. à Dauide constituti ministri templi in XXIII. classes diuisi. 260. 263. 264. detrahebant pelles holocaustorum loco sacerdotum. 267
- Leuitarum classes, quibus nominibus affectæ. ibidem.
- Leuitarum principes. 265
- Lex à Deo data Israelitis in Deserto. 13. 14. 27. lapideis tabulis incisa. 29 qualis fuerit, & quæ capita habuerit 22. religionem, & ciuitatem complexa est. 20. permixta est principibus sacerdotum, & scribis. 298
- Lex secunda scripto commissa, & Deuteronomium vocata, & recitari iussa in festo Tabernaculorum, 29. oblitterata, renouata, amissa, inuenta, iterum oblitterata, instaurata, exposita, ordinata, conuersa, crepta, reddita. 30. 298.
- 299
- Legis exponendæ initium, ratio. 298. 299
- Lex

SIG. DE REP. HEB.

Lex septimo quoque die exposita.	295
Lex ne vita eriperetur, nisi Concilij sententia damnato. 355. Lex synedrij de die Paschatis.	108
Libamina genus sacrificij, & cæteris sacrificijs adhibita. 156. ritus eorum.	ibid.
Libertinorum synagoga quæ, & quorum.	303
Linea stricta.	214. 216
Loca sacra, quæ.	53
8. Lucæ loca exposita. 28. 299. 301. 312. 330. 420. 98. 108. 121. 181. 188. 196. 251. 255. 257.	
Lucernæ septem præscriptæ à Deo.	56
Lucernas curabat pontifex.	227. 186
Luna prima, & secunda pro primo die, & secundo.	
109	
Lunaris annus Hebræorum.	94

M.

M agistratus lex animata, & loquens.	378
Magistratus qui, iisdem cum Principibus. 377. eorum nomina. 378. 380. lege Principes. Magistratus qui præsumt Concilij, & iudicij. 377. duces, & iudices.	378
Magistratus Templi, qui.	432
Magistri pro introductoribus caussarum.	339
Magnificèntia pro summa laude.	178. 179
Mala Punica in tunica Pontificis.	214. 217
Malachias propheta vltimus.	283. 284
Manasses filius Ioseph adoptatus ab auo Iacob, 12. tribui nomen dedit. ibid. familiæ eius.	408
Manassis tribus pars vna trans Iordanem, altera cis Iordanem. 12. 13. eiusdem duo principes.	
403	
Manasses rex Iudæ restituit excelsa.	71
Manasses frater Iaddi pontificis templū in Samaria	

I N D E X.

condidit, atque ei pontifex præfuit.	20. 86. 87
Mandata Dei, quid	25
Manipulus quando offeratur.	113
Mandata, & præcepta in lege Deum attingunt, religionis partes.	22
Manus quid significet.	225
S. Marci loca exposita. 108. 122. 176. 258. 294. 299. 312 314. 300.	
Mare Tiberiadis.	42
Maria virgo ex eadem tribu cum Ioseph.	16
S. Matthæi loca exposita. 27. 300. 336. 312. 314. 405. 432. 42. 98. 299.	
Malphat locus orationis. 325. & belli decernendi. 326	
Mensa XII. panum propositionis in Tabernaculo præscripta à Deo.	54. 59
Menses anni duodecim. 43. alij 29. alij 30. dies habent, à noua luna incipiunt ab ordine nominantur. alia nomina post exilium nacti sunt.	93. 94. 96.
Mensis primus à Deo constitutus.	104. 105. 106.
Mensis nouarum frugum.	93. 106
Mensis intercalaris.	137
Mensis fortium.	106
Mensis principium & finis, quando.	113. 131
Menstruosæ mundatio, siue purificatio.	183
Metropolis reip. Hebraicæ, quæ. 43. 44. 45 à Dauide constituta.	ibi.
Militum custodia in Hierusalem, & templo.	433
Moyfes iussu Dei eduxit Israëlitas ex Aegypto, legem à Deo in Deserto accepit, & reperit. ductum Iosue reliquit. 12. 13. iudices, Seniores, Principes, tempus instituit. 33. propheta præstantissimus fuit. 280. primus legem exposuit. ibi. Concilium instituit, & causam in eo cognouit.	3. 2
Morias mons, in quo templum.	73
	Mul.

SIG. DE REP. HEB.

Multa.	369
Mundationis sacrificia.	180
Mundatio puerperæ, ibid. Leprosi. 182. viri femini- flui. ibid. mulieris menstruosæ. 183. eadem dici- tur purgatio, & purificatio.	
Musica instrumenta in Confessionibus instituta à Dauide.	268

N.

N Abucdonosor Assyriæ rex transtulit Iudæos in Babyloniam, vrbe euersa.	19 50. 79-
Nathinæi qui, & eorum officia.	276. 275
Nazaræi qui, & votum eorum.	276. 277
Nazaræi hæretici, qui.	278
Necis genera.	370
Neemias urbem restituit Hierusalem.	50
Neomeniæ sacri dies, & cultus eorum.	99
Nephtalim filius Iacob, 11. tribui nomen dedit. ibi. familix ab eo progenitæ.	408
Nobe habuit arcam.	65
Noe seruatus à Deo, & progenies eius.	6
Nouarum frugum mensis.	94. 106
Nuptiarum lex, vt mulieres in eadem tribu nubant 125	
Nysan mensis primus. i. Martius.	106

O.

O bededom seruauit arcam.	66
Oblationes, quæ 111. votiuæ & voluntariæ.	202
Oblatio incensæ.	186
Oculati testes cur fide digni.	
Officia pontificum, 226. sacerdotum, 249. Leuita- rum, 267. 269. Cantorum. 270. Ianitorum. 272. 274. Nathineorum. 276. Prophetarum, 284. Scri- barum. 296. 298. Magistratum, lege in singulis magistratibus.	
Oleum sanctum quomodo fieret.	57

I N D E X.

Onias templum condidit in Aegypto.	88
Oraculum quid. 34. 285 oraculum consulere, quid.	285
Ossani hæretici, quales.	307
Ozan adiuuans arcam mortuus.	66
Ozias rex non ritè obtulit incensum.	187

P.

P acificorum sacrificium, quod, & quot partium, ritus, & lex eius.	153. 160
Palæstinæ vrbes.	43
Panes propositionis mutabantur singulis sabbatis. 54. 55. 103. 223.	
Parasceue.	109
Paschæ dies. 104. 106. celebrabatur in Hierusalem. 110. ritus eius. 105. 106. Quo die celebratus sit à Christo. 102. De eo lex Synedrj.	108
Pascha vnde dictum.	107
Passerum oblatio.	182
Patriarchæ qui, & iura eorum. 406. 407. lege principes familiarum.	411
Pauperis in iudicio non esse miserendum, quomodo intelligatur.	342
S. Pauli loca exposita.	309. 176. 60
Paulinus procos. claudi iussit templum Aegyptium.	89
Peccatum differt à delicto. 167. sacrificium pro peccatis, 163. peccata ex silentio veritatis, immunditia, errore, iureiurando, sacrorum abusu.	164
Pecuniæ sacræ oblatio, & quæ pecunia sacra sit. 196. 197. Pecunia ad templum missa primitiarum nomine.	439
Pentecostes festum, 111. ritus,	ibid. 112
Personæ sacræ, quæ,	210
Pes quid significet.	225
	Pha-

SIG. DE REP. HEB.

Pharisæi, quam disciplinam professi sint, 306. curi- ta dicti. 307. cum Scribis senserunt, purificatio- nes adhibuerunt. 312. 314. cum Gaulonitis sense- runt. 317. in Concilio potuerunt. 358. dabant de- cimas etiam vilium rerum 196. 307. 315. fimbrias & phylacteria lata habebant.	316
Phase, Pascha, cur.	107
Phialæ vasa Tabernaculi.	55
Philistei, & vrbes eorum. 43. 44. propter arcam ca- ptam percunt.	64
Phinees Pontifex.	234
Phylarchi. 402. 404. lege principes tribuum.	
Phylacteria Pharisæorum, qualia.	315. 316
Pilatus procurator Iudææ.	401
Pileus hyacinthinus pontificis. 220. 221. lege tiarâ, & cidarim.	
Pœnarum genera.	369
Pontifex, qui & primus, & magnus sacerdos, 211. 212. vestes eius. 213. 214. 215. consecratio. 221. condi- tiones, 225. officia, 226. 227. 229. 232. solus San- cta ingrediebatur in die Expiationum. 229. Con- cilium aduocauit 349. 352. adoleuit incensum: 228. 232	
Pontificum imperium in Repub. post exilium. 235. 357. Pontifices creantur Ascalonitæ reges per- missu Romanorum.	37
Pontifices sine macula, & integri debent esse.	225
Pontifices pro pontificijs.	275
Ex pontificijs qui proximi pontifici erant, pon- tifices vocabantur.	267
Nomina omnium pontificum.	234
Pontificatus perpetuus in tribu Leui per vnum an- num, aut annos, 274. in familia Aaronis, & filij eius Eleazari, & Ithamari. 233. Ad Asa-	

I N D E X.

Assamoneos translatus. 234. ad alias familias non Leuiticas translatus, ibidem. ad tempus darioceptus.	270
Populus Hebræorum, lege Hebræi, Israëlitzæ, Iudei, Effraimitæ.	
Populus Hebræorum. lege concio.	
In porta Iudicia facta. 342. Porta iudicij.	ibi.
Præcepta Dei quid differant à mandatis.	25
Presbyterium.	334
Primitiæ quæ, legitimæ & votiuz. 190. dies primitiarum.	111. 112
Primitiua, & primogenita offerenda. 190. 191. 194. 196	
Princeps quis, 295. & quo iure, 297. purpura & auro operiebatur.	396
Principes, i. magistratus.	377
Principes Israël.	380
Principes Iudæorum.	395
Principes populi.	404
Principes sacerdotum, 423. concilium inierunt, 355 legem exposuerunt. 297. Leuitarum.	265
Principes tribuum, & iura eorum. 402. 403. cum rege ius reddiderunt.	405
Principes familiarum. 406. iura eorum.	407
Principes ciuitatum, & iudicum, 412. iura eorum. 414. 416. 417.	
Principes militiæ.	427. 431
Prophetæ qui, & eorum origo. 279. 291. promissi à Deo, 279. prophetico spiritu ornati. ibid. prodierunt tempore Samuelis. 282. collegia habuerunt. ibidem vltimus Malachias. 285. inspirati à Deo. 283. post samuelem multi. 284. per prophetas respondit Deus 288 defecerunt in secundo templo.	ibi.

SIG. DE REP. HEB.

Prophetarum nomina.	204
Prophetiæ, quæ.	291
Propitiatorium præscriptum à Deo, 55. quid fuerit. 54. ad id consulebant Deum in primo templo.	272
Propitiationis festum.	140
Profelyti qui, 40. 41. fiebant summo studio ab Hebræis.	ibid:
Psalmorū loca exposita. 24. 336. 404. 343. 404. 44. 47. 36. 48. 114. 177. 162.	
Puella heres non nubet, nisi in eadem tribu	15
Puerperæ mundario.	180
Purgationis dies, 182. eadem dicitur purificatio.	181
Purificationes Phariseorum, & Scribarum. 311. 313. 314	

Q.

Qvestor templi.	208
Quinquagenarij iudiciales. 380. 412. 418. 419 militares, 430. lege Pentecontarchi.	
Quinquagesimus annus sacer.	125
Quinquagesimæ festum, lege Pentecoste.	

R.

Rationale Pontificum quale. 212. 219. cessauit. ibidem.	
Refugij ciuitates datæ tribui Leui.	14
Regnum Hebræorum, arbitrarium, & solum legibus.	33. 34. 385. 387
Reges postulantur ab Hebræis. 387. vngentur. 388. 189. Regum iudicia & bella. 388. Eorum nomina. 399. 385. ratio creandi.	393. 386
Rex primus Saul.	37
Reges populum iudicauerunt, in Concilio, & cum principibus. 405. 394. participes, & principes Concilij. 353. Concilium aduocarunt. 354. Bella susce-	

I N D E X.

susceperunt, & gesserunt.	394
Regis imperia duo nota Aristoteli.	36
Regnum Hebræorum diuisum in duo, Israel, & Iuda. 17. profelytis datum.	37
Rex non ritè obtulit sacrificium, 389. neque incensum.	187
Religio pars ciuitatis, & instituit ciuitatem, non contra.	320
Remissio in septimo, & quinquagesimo anno, qualis.	124
Reip. Hebræorum forma, aristocratia; & Regnum, 33. resp. triplex: populi, Tribuum, & ciuitatum.	
39. typus vitæ cælestis.	438. 45
Restitutio pœnæ genus.	369
Ritus sacri, qui.	150. 149
Romanorum bella cum Iudæis.	438 435
Ruben filius Iacob, 12. tribui nomen dedit, ibi. quas familias procrearit.	407

S.

S abbatum, id est, dies septima, festum. 102. cuius cultus, & sacrificij, 103. sabbati iter mille passus.	373
Sabbatum pro festo. 101. sabbati contemptores lapidabantur.	373-374
Sabbatum pro septimana.	98
Sabbatis lex exponebatur.	295
Sabbatum secundo primum.	120
Sacerdotes, qui. 260. eorum vestes. 247. consecratio, 248. condiciones, ibid. 259. officia, 249. 274. classes, seu vices XXI. 254. ex genere Eleazar. ibidem, quotidie incensum offerebant, & pro populo, & pro priuatis. 249. 250. mactabant ho-	
	stias,

SIG. DE REP. HEB.

fias, 174. pelles holocaustorum detrahebant. 179

176

Sacerdotum princeps, id est, Pontifex, lege Pontifex.

Reges

Sacerdotum principes. i. qui viginti quatuor vicibus præerant. 212

Sacerdotes probati. 239

Sacerdos magnus, & primus dictus pontifex. 212

Per sacerdotes respondit Deus quomodo. 287

Sacerdotes participes Concilij: 349

Nomina classium sacerdotalium. 254

Sacrificium quid, 151 sacrificia sex: Holocaustum,

Libamina, Pacifica, Pro peccatis, Pro delictis,

Consecrationis, 152. tria Holocaustum, Pacifica

siue salutis, & Pro peccatis. 152. Holocaustum,

278. Pacifica, id est, Salutaris, & Laudis. 160. 161:

Libamina. 156

Pro peccatis. 163. 174. pro delictis, 165. Pro popu-

lo. 251. Consecrationis. 179 222. 223. Oblationis

incensi. 186. Mundationis 180. Expiationis. 183

Sacrificia fiebant ad altare holocausti. 58

Sacrificium matutinum, & vespertinum. 101

Sacrificiorum exempla. 169. 170. 171. 172. appa-

rus. 151

Sacrificia noluit Deus externa, sed interna. 175

Sacrificium iustitiæ, & laudis. ibi.

Sacrificium incruentum p̄posuit Deus cruento. 176

adduceri hæretici, qui. 305. 314. valere Hierosoly-

mis. 311

Adoc primus pontifex templi. 236

alem post Hierusalem. 48

Salomon rex fit. 391. condidit templum. 48. 78. intu-

lit tabernaculum, & arcam. 66. descripsit classes

sacerdotum. 256. Levitarum. 266

Sal.

I N D E X.

Saluatorem excitauit Deus, quid.	385
Salutaris sacrificium.	152.162.164.165
Samaritarum origo. 18. 86. religio 18. subacti à Iudæis. 21. Samaritæ hæretici. 18. contendunt de religione cum Iudæis. 87. templum condunt. 20. 22. simulant religionem Græcam, & templum Ioui consecrant, sub Ant. Epiphane. 21. impediunt Iudæos ædificare templum. 20. vincuntur à Io. Hyrcano rege Iudæorum, & templo exuuntur.	21
Samaria, vnde dicta, & vrbes eius.	43
Samaria vrbs.	18
Samaria, Iudæa, & Galilæa iunctæ.	43
Samaritanæ mulieris verba cum Christo:	47
Samuel Nazaræus. 278. Iudex, propheta.	279
Samson Nazaræus. 278. Iudex.	384
Sanabalat præfectus Darij regis concedit ædificari templum in Samaria.	20. 89
Sanehdin concilium, quod.	345
Sanctuarium Sanctuarij, siue Sanctum Sanctorum 53. 54. 56. intra Velum. 197. Sanctuarij expiatio. 184. solus ingrediebatur pontifex.	212
Sarug decorum simulachra inuenit.	9
Saul rex creatus displicuit Deo, quomodo.	390
Scenopegia, siue Tabernaculorum festum	25
Scribæ, qui. 293. consulti de lege. 299. legis doctores 296. constituti à Dauide. 295. ab Esdra. 299. sine auctoritate docebant. 300. & Pharisæi erant. ibi in templo, & synagogis docebāt, ambitione flagrabant 91. concilium inierunt.	326
Scribæ vni ex septem hæresibus.	311
Scribæ pro introductoribus caussarum. lege introductores, & grammatoisagogeos.	
Scribæ, pro Notarijs. 421. officia eorum.	422. 423
Secundo primum sabbatum.	11

SIG. DE REP. HEB.

Segetes quando maturescant in Iudæa.	166
Sem progenies Deum coluit.	7
Seminiflui viri mundatio.	182
Senatus triplex.	332
Seniores imperarunt post Moysem.	332
Seniores, siue senatores LXX. instituti à Moyse, ibi. singularum trium. 334. singularum ciuitatū. 336. seniores LXX. aduocabantur ad consilia à principe, 334. manserunt post exilium. ibi. ac federe summo principi, ibid. prophético spiritu = afflati.	279
Sennacherib rex Assyriorum obsedit Hierusalē.	57
Sententiæ ferendæ ratio in Iudicijs.	344
Septem uiri in ciuitatibus.	423
Septima dies, sabbatum.	98
Septimanæ Hebræorum.	97
Septimanarum festum.	116
Septimus annus sacer;	123
Seth progeniem piam procreauit.	16
Sicera.	278
Siclus pecuniæ sacræ genus.	196. 204
Silo metropolis in tribu Effraim. 45 46. ibi Taber- naculum, & Arca. 45. eo conuenere Hebræi. ibid. sedes religionis. 36. reiecta à Deo. 45. 46. euerfa.	60
Simila, quæ. 156. 157. 172. similago.	227
In Sinai lex data.	13
Sion, id est, ciuitas Dauid à Dauide extructa.	49.
Sionis montis pars mons Moria, in quo tem- plum.	ibid.
Sisac rex Aegyptiorum cepit Hierusalem.	50
Siuam mensis.	122
Somniorum ratio, & per ea diuinatio. 289. som- nia naturalia, incerta, & contemnēda. 290. som- nia,	nia,

I N D E X.

- nia, quæ prohibita, & quæ concessa. ibid.
 Subucula linea pontificis. 213
 Superhumeralia pontificis. *ibidem.* 218. lege E.
 phod.
 Synagoga pro concione. 322. 403
 Synagogarum origo. 53. 89. 90. 403. *ibi* lex expon-
 batur, 90. Hierosolymis, & in prouincijs erant.
 90 *ibi* docuere scribæ, 92. 300 eas Christus, & S.
 Paulus perlustrauit. 302. 303. synagogæ à gentili-
 bus conditæ. 90. ad cultum Imperatoris tradu-
 ctæ 85. synagogæ Romæ. 303. synagoga liberti-
 norum. 303. synagogæ princeps. 92. synagogæ-
 ieci probrosum. ibi.
 Synedrium, lege Concilium.
 Syriæ descriptio. 41

T.

- T**abernaculum præscriptum à Deo, & constru-
 ctum à Moyse, quale. 53. 54. 59. eius historia.
 62. cõmissum Leuitis. 162. positum in Galgalis,
 & Silo. 451. in Gabaa, in Nobe, in Gabaa, & *ibi*
 mansit. 65. 66
 Tabernaculum à Dauide factum, 66. translatum
 Hierusalem. 62. in templum, 67. vnà cum Ara
 perijt. 68
 Tabernaculum expositum à S. Hieronymo. 61
 Tabernaculorum festum. 1: 6. 118
 Teglarphulassar Assyriæ rex Galilæam recepit. 150
 Tempora tria. 82. 83
 Templum Hierosolymitanum à Dauide destina-
 tum. 73. Salomoni mandatum. 74. ab eo con-
 structum, 75. instrumenta & ornamenta eius. 75. 160
 per id precatum est. 76. sanctificatum ab eo. 200
 rectorum à decem tribubus, non cultum à Iudæis.

SIG. DE REP. HEB.

instauratum à Ioa. 78. pollutum ab Achaz. munda- datum ab Ezechia, instauratum à Iosia, incen- sum à Nabucdonosore, restitutum à Zorobabe- le.	79
Secundum templum caruit præsentia. De pro- phetis, igni sacro, lapidibus rationalis, arca, pro- pitiatorio, & Cherubin 80 profanatum ab Ant. Epiphane, purgatum à Iuda Maccabæo, auctum ab Herode, ornatum turri custodiæ caussa 84. dedicatum nomini Caligulæ Imp. 85. incensum à Tito 86. terra obrutum ab Hadriano, & Vene- rindicatum ibid. quot annis conditum, & refe- ctum. 85. vbi situm.	84
Templum samariæ à quo constructum. 20. 86. dica- tum Ioui. 86. 88. euersum. ibi. templum Trans- g:essorum.	87
Templum Aegyptium conditum. 88. clausum.	89
Templi magistratus.	432
Templi quæstor.	201
Tentorium Tabernaculi.	53
Terra sancta quæ.	44
Testamentum lex Christi, cur.	61
Testamentum, & testimonium, quid.	60
Testes falsi puniebantur. 344. Testium ratio, qualis in iudicijs.	345
Testes primi lapides iaciebant. 374. testes oculati, cur fide digni.	348
Testimonium, Testamentum, pactum, foedus. 60.	
Testimonium in arca 55. Testimonia Dei, quæ. 59. 24 25. & sequentibus.	
Testimoniij tabernaculum.	63
Thumis, & vris lapides in pectorali pontificis. 287. id est, doctrina & veritas.	222
Thuribula.	55

I N D E X.

Thymiama quomodo fieret. 54. Altare Thymiama- tis. 54. 58. lege incensum.	
Tiara pontificis 214. 217. lege Pileus & Cidaris.	
Tintinnabula in tunica pontificis.	<i>ibid.</i>
Titus Cæsar euertit Hierusalem, & incendit tem- plum,	85
Trachonitis regio.	
Traditiones seniorum. 294. Pharifæorum;	312
Transgressorum templum.	87
Tribuni Iudiciales, 380. militares. 428. lege Chi- larchi,	
Tribus XIII. & nomina earum à filijs Iacob.	12. 13
Tubæ ad conuocandam concionem.	3-4.
Tubaium festum.	114
Tunica hyacinthina pontif.	218. 221. 275
Turris Antonia iuncta templo cum præsidio. 83. 315	
Turturis oblatio,	182. 278

V.

Veadar mensis XIII.	143
Velum, intra quod sanctuarium,	184
Velum Tabernaculi, & templi.	85. 59
Venditio pœnæ genus.	370
Verberatio pœnæ genus.	<i>ibid.</i>
Veritas, & doctrina in pectorali Pontificis. 287. 222	
Vestes pontificis. 213. sacerdotum. 246. 247. Princi- pis, & Regis, 397. secundum S. Hieronymum. 215	
Leuitarum, cantorum.	271
Vices sacerdotales, quæ.	383. 256. 257
Videntes olim prophetæ dicti.	29
Vitulus pro peccato.	222. 21
Vinctio pontificis. 221. 222. sacerdotis. 247. Regis 388. 589.	

SIG. DE REP. HEB.

Voluntariæ oblationes.	202.203
Vorum quid,	ibid:
Vota Nazareorum, qualia.	277-278
Votorum ratio, & lex.204. Votiuæ oblationes.	

202

Vris, & Thumis in pectorali pontificis,287. doctrina & veritas.	287
-----------------------------------------------------------------	-----

Z.

Zabulon filius Iacob.11.tribui nomē dedit.12. familias procreavit.	407.408
Zacharias Ioannis Baptistæ pater, pontifex, an sacerdos.	257
Zona pontificis, qualis.	216.

FINIS.